
HARVARD
UNIVERSITY
LIBRARY

M. TULLI CICERONIS

EPISTULAE SELECTAE

AD USO DEI GINNASII

CON NOTE ITALIANE


DI

C. FUMAGALLI

Terza edizione



MILANO
ALBRIGHI, SEGATI & C.
EDITORI
1902



NB. Nel commento son citati: *Madvig* — Grammatica della lingua latina, versione sulla terza edizione tedesca (Biella, 1867-69); e *Schmidt* — Brevi principî di stile latino, seconda edizione (Verona, 1885).

VERONA, 1902 — STAB. G. CIVELLI.



M. TULLI CICERONIS

EPISTULAE SELECTAE.

1.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Da operam, ut convalescas, quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres, et ad me de omnibus rebus quam saepissime litteras mittas. Vale.

Ep. 1. Le lettere 1-10 sono indirizzate alla moglie Terenzia, a Roma o in qualche villa di Cic.

Questa prima lettera è dell'anno 706 dopo la fondazione di Roma (48 av. Cr.), ma, non avendo data, non si può calcolare dove Cicerone la scrivesse. Cfr. Ep. 2, Introduzione.

S. V. B. E. V. = *Si vales, bene est, valeo.*

quod opus erit... provideas atque administres. Allusione agli affari di famiglia.

2.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S.

S. V. B. E. E. V. Valetudinem tuam velim cures diligentissime: nam mihi et scriptum et nuntiatum est te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti da Caesăris litteris certiorem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies, ut sciam. Cura, ut valeas. Vale. D. IIII. Non. Iun.

3.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudes, perpetuo gaudeas velim; sed perturbati dolore animi magnisque iniuriis metuo, ne id consilii ceperimus, quod non facile explicare possimus. Qua re quantum potes adiŭva.

Ep. 2. Anche questa lettera è dell' anno di Roma 706; essa fu scritta dagli alloggiamenti di Pompeo in Grecia, dove Cic. si era recato da Brindisi, nel dicembre 705. Seguíta nel 19 agosto 706 la battaglia di Farsaglia, Cic. ritornò a Brindisi in settembre, e vi rimase circa un anno: sullo scorcio del 707 si ricondusse, perdonato da Cesare, in Roma.

S. V. B. E. E. V. Il secondo E. significa *ego*. Cfr. Ep. 1.

Quod... fecisti. Quanto all'avermi ecc. Ma in lingua nostra si preferisce premettere la principale.

Caesaris. Giulio Cesare.

facies. Che specie di futuro? Perchè *acciderit* e non *accidet*?

D. Chi lo spiega per *Dabam*, chi per *Datum* e chi per *Datae* (*litterae*).

Ep. 3. Dell'anno 707 (47).

Quod ecc. Vedi l' Ep. precedente, nota 2.

magnisq. iniur. Oltre al dolore della sconfitta, aveva avuto grandi dispiaceri anche da quelli del suo stesso partito: il figlio di Pompeo lo aveva minacciato di morte perchè aveva consigliato di deporre le armi.

explicare. Condurre a buon fine, o (cambiando opportunamente la frase): uscirne a bene.

Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quod te des hoc tempore, nihil est: et longum est iter et non tutum, et non video, quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. prid. Non. Nov. Brundisio.

4.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae, de qua nihil est, quod ad te plura scribam: tibi enim aeque magnae curae esse certo scio. Quod me propius vultis accedĕre, video ita esse faciendum. Etiam ante fecissem, sed me multa impediverunt, quae ne nunc quidem expedita sunt. Sed a Pomponio exspecto litteras, quas ad me quam primum perferendas cures velim. Da operam, ut valeas.

5.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

S. V. B. E. V. Tullia nostra venit ad me pridie Idus Iun.; cuius summa virtute et singulari humanitate graviore etiam sum dolore affectus nostra factum esse

adiuva. A far che Cesare gli perdonasse.

In viam... nihil est. Cic. era così profondamente turbato, che in un' altra lettera rimprovera a Ter. di non essere andata a lui colla figlia. Cfr. Ep. 4, nota 1.

Ep. 4. Da Brindisi, sulla fine del novembre 706.

nihil est, quod = nulla est causa, quod.

video. Tra questo verbo e la precedente proposizione *Quod... vultis,* vi è l'ellissi (che spesso si fa anche in italiano) del concetto: v i r i s p o n d o. Confronta la terza nota dell' Ep. 2.

Pomponio. Tito Pomponio, detto Attico, perchè era dimorato circa 20 anni in Atene. Fu il più grande amico di Cicerone, ed ora gli aveva consigliato di avvicinarsi a Roma.

Ep. 5. Da Brindisi, l'anno 707.

factum esse... ut... esset. Pare che alluda al matrimonio

neglegentia, ut longe alia in fortuna esset, atque eius pĭĕtas ac dignĭtas postulabat. Nobis erat in animo Cicerōnem ad Caesărem mittere et cum eo Cn. Sallustium. Si profectus erit, faciam te certiorem. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XVII. Kal. Quinctīlis.

6.

TULLIUS S. D. TERENTIAE.

Si vales, bene est. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Cicerōnem Caesări mittere, sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil erat novi, tamen, quid velīmus, et quid hoc tempore putemus opus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam adhuc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Kal. Quinctīlis.

7.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Nos neque de Caesăris adventu neque de litteris, quas Philotīmus habere dicitur, quicquam

di Tullia con Dolabella, unione infelice, che finì col divorzio.

erat. Spiega bene il valore di questo tempo.

atque. Bada che non è congiunzione copulativa.

Cn. Sall. Liberto di Cicer. Il figlio doveva implorargli da Cesare il perdono.

Quinct. Come si chiamò più tardi questo mese?

Ep. 6. Da Brindisi, l'anno 707.

Constitueramus. Vedi la precedente Ep.

de ill. adv. Dall'Egitto, Cesare, in luogo di ritornare in Italia, come si credeva, era passato in Asia.

Sicca. Amico di Cicerone, che dimorava a *Vibo,* nel paese dei *Bruttii* (ora Calabria).

Ep. 7. Da Brindisi, l'anno 707.

quas Philot. hab. dic. Cicerone aveva appreso che Filo-

adhuc certi habemus. Si quid erit certi, faciam te statim certiorem. Valetudinem tuam fac ut cures. Vale III. Idus Sextilis.

8.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Reddĭtae mihi tandem sunt a Caesăre litterae satis liberales, et ipse opinione celerius venturus esse dicitur; cui utrum obviam procedam, an hic eum exspectem, cum constituero, faciam te certiorem. Tabellarios mihi velim quam primum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. D. pr. Idus Sext.

9.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

S. V. B. E. V. Nos quotidie tabellarios nostros exspectamus: qui si venerint, fortasse erimus certiores, quid nobis faciendum sit, faciemusque te statim certiorem. Valetudinem tuam cura diligentèr. Vale. Kal. Septembribus.

timo era giunto a Rodi con una lèttera di Cesare a lui diretta. Filotimo era un liberto di Cicerone, o, a meglio dire, di Terenzia, e l'oratore lo aveva mandato a Cesare in luogo del figlio.

Sextilis. Come si chiamò più tardi questo mese?

Ep. 8. Da Brindisi, l'anno 707.

Redditae. Recapitate.

liberales. Cortesi. Poco dopo vide Cesare a Brindisi, e n'ebbe ottima accoglienza. Allora si decise a tornare in Roma.

Ep. 9. Dell'anno 707, pure da Brindisi.

10.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

In Tusculānum nos venturos putamus aut Nonis aut postridie. Ibi ut sint omnia parata: plures enim fortasse nobiscum erunt, et, ut arbĭtror, diutius ibi commorabimur. Labrum si in balineo non est, ut sit; item cetera, quae sunt ad victum et valetudinem necessaria. Vale. Kal. Octobr. de Venusīno.

11.

TULLIUS TIRONI S.

1 Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo; gravissime aegrotasti, inedia et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es; graves solent offensiones esse ex gravibus morbis, si quae culpa commissa est. Iam

Ep. 10. Dell' anno 707.

Tusculanum. Villa di Cicer. sui colli Albani, presso a Frascáti (*Túsculum*).

ut. Sc. *cura* o *fac.* Ellissi. E così poco dopo: *ut sit.*

Labrum. Vasca (di marmo) pel bagno. Laonde *balineum* è la stanza del bagno.

de Ven. Sc. *agro.* Dai dintorni di Venosa (patria d'Orazio). — Nota il tuono secco e freddo di questa lettera. Cicerone era malcontento di Terenzia che aveva male amministrato in sua assenza. L'anno dopo (46 a. Cr.) seguì il divorzio.

Ep. 11. Le Ep. 11 e 13-18 sono indirizzate a Tirone, prima schiavo, poi liberto di Cicerone. Da lui istruito nelle lettere (in cui fece sì gran profitto da scrivere egli stesso opere filologiche), lo aiutò ne' suoi studi, e per la dottrina e pel carattere gli divenne carissimo. Morto Cic., Tirone curò un' edizione delle sue orazioni; vuolsi che ne pubblicasse anche le lettere, ma questo non è certo. — La presente Ep. fu scritta dalla villa di Cuma, non si sa in quale anno, e risponde ad una di Tirone, in cui questi aveva manifestato il desiderio di raggiungere il padrone.

1. *Ego vero.* Io in verità, io per fermo, cioè anch' io, riferendosi alla lettera di Tirone.

culpa. Disordine; strapazzo.

ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cumānum venis, accēdent continuo ad redītum dies quinque. Ego in Formiāno a. d. III. Kal. esse volo: ibi te ut firmum offendam, mi Tiro, effīce. Litterulae meae sive nostrae 2
tui desiderio oblanguerunt; hac tamen epistula, quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pompeius erat apud me, cum haec scribebam, hilare et lubenter; ei cupienti audire nostra dixi sine te omnia mea muta esse. Tu Musis nostris para ut operas reddas: nostra ad diem dictam fient: docui enim te, fides ἔτυμον quod haberet. Fac plane ut valeas. Nos adsumus. Vale. XIIII. Kal.

12.

Q. M. FRATRI S.

De Tirōne, mi Marce, ita te meumque Cicerōnem et 1
meam Tulliŏlam tuumque filium videam, ut mihi gra-

in C. Villa presso *Cymae*, sulla costa della Campania.

Iam ecc. Senso: Oltre ai due giorni di viaggio, che gli sarebbero occorsi per recarsi alla villa di Cuma, Tirone avrebbe dovuto sostenere subito dopo un altro viaggio di cinque giorni per ritornare a quella di Formie. E dice *ad reditum*, perchè Tirone, che si trovava tra le due ville, avrebbe dovuto rifar la strada. Laonde gli consiglia di recarsi senz'altro ad aspettarlo in quella di Formie.

in Formiano. Formie era vicina al porto di Gaeta.

volo. Fo conto.

2. *Litterulae meae.* Il senso del diminutivo è: cari, diletti studî.

Acastus. Schiavo di Cicerone.

erat... scribebam. Cfr. Ep. 5, nota 2

omnia mea muta esse. Che tutti i miei studî sono interrotti.

Musis. Qual figura rettorica?

nostra. Le mie promesse. Cicerone avevagli promesso la libertà, che poi infatti gli donò. V. l' Ep. seguente.

docui... quod haberet. T' insegnai la derivazione, l' e t i m o l o g i a della voce *fides.* Nel *de officiis* Cic. dice: *credamus, quia f i a t quod dictum est, appellatam fidem.* Ma il vocabolo non vien da *fio*, bensì da un radicale che significa: u n i r e, l e g a r e (cfr. *fi-lum*).

Nos adsumus. Iperbole.

Ep. 12. Scritta probabil-

tissimum fecisti, cum eum, indignum illa fortuna, nobis amicum quam servum esse maluisti. Mihi crede, tuis et illius litteris perlectis exsilui gaudio, et tibi et ago
2 gratias et gratŭlor. Si enim mihi Statii fidelitas est tantae voluptati, quanti esse in isto haec eadem bona debent, addĭtis litteris, sermonibus, humanitate, quae sunt his ipsis commodis potiora! Amo te omnibus equĭdem de maximis causis, verum etiam propter hanc, vel quod mihi sic, ut debuisti, nuntiasti. Te totum in litteris vidi. Sabīni pueris et promisi omnia et faciam.

13.

TULLIUS TIRONI SUO S.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sim affectus; tantum scribo, et tibi et mihi maximae voluptati fore, si te firmum quam primum videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus; is locus est citra Leucădem stadia cxx. Leucăde aut te ipsum aut tuas

mente dalla Gallia, dove Q. Cicerone era luogotenente di Cesare. La data è incerta (forse 702). In questa lettera, Quinto ringrazia il fratello d'aver data la libertà a Tirone.

1. *De Tir.* Equivale al senso del *quod* notato all'Ep. 2, nota 2.

ita... videam. Così possa io rivedere. Che sorta di congiuntivo?

indignum. In senso buono: immeritevole.

illa f. Della schiavitù. Spiega la forza di *illa.*

2. *Statii.* Già schiavo, allora liberto di Quinto Cic.

Te totum... vidi. Quella lettera era un vero specchio dell'animo tuo, chè tu la scrivesti più da amico che da padrone di T.

Sabini pueris ecc. Non si sa a che cosa voglia alludere.

Ep. 13. Dell'anno 704. Tornando dal governo della provincia di Cilicia con Tirone (agosto del 704; 50 av. Cr.), Cicerone dovette lasciarlo ammalato a Patrasso nell'Acaia.

Non queo. Distingui tra *non queo* e *non possum.*

Alyzia (*i* breve). Città nell'Acarnania.

Leucadem. La penisola di Leucade, ora isola di S. Maura,

litteras a Mariōne putabam me accepturum. Quantum me dilĭgis, tantum fac, ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Non. Novembr. Alyzia.

14.

TULLIUS ET CICERO TIRONI SUO S. D. ET Q. PATER ET FILIUS.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante 1
dederamus, unum diem commorati sumus, quod Quintus nos consecutus non erat: is dies fuit Nonae Novembr. Inde ante lucem proficiscentes, ante diem VIII. Idus Novembr. has litteras dedimus. Tu, si nos omnes amas
et praecipue me, magistrum tuum, confirma te. Ego 2
valde suspenso animo exspecto, primum te scilĭcet, deinde Mariōnem cum tuis litteris. Omnes cupĭmus, ego in primis, quam primum te videre, sed, mi Tiro, valentem. Qua re nihil properaris: satis cito te videro, si valebis. Utilitatibus tuis possum carēre; te valere tua causa primum volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

e la città capitale della penisola.

stadia CXX. Uno stadio si ragguaglia a 120 passi romani, ossia a metri 167.

Marione. Schiavo di Cicer.

putabam. Vedi Ep. 5 nota 2.

Ep. 14. Scritta da Leucade l'anno 704 (50 av. Cr.), sui primi di novembre.

1. *dederamus.* Vedi Ep. 5, nota 2.

Quintus. Sc. *Cicero,* suo fratello.

ante diem ecc. Questa frase, con cui i Romani indicavano molte date, è strana, perchè *ante* non appartiene logicamente a *diem,* ma a *Idus* (o *Kal.* o *Non.*). V. le Grammatiche.

magistrum t. Vedi Ep. 11, Introduzione.

2. *nihil properaris* = *ne properaris.*

15.

TULLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HUMANISSIMO ET OPTIMO S. P. D.

1 Vide, quanta sit in te suavitas: duas horas Thyrĕi fuimus; Xenomĕnes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicĭtus est, quae tibi essent opus; facturum puto. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucădem deportaret, ut ibi te plane confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lysōni, quid medico placeat. Volebam ad te Mariōnem remittere, quem, cum meliuscule tibi esset, ad me mitteres, sed cogitavi unas litteras Mariōnem afferre posse, me autem crebras ex-
2 spectare. Poteris igitur, et facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt, quibus recte litteras dare possis, qui ad me libenter perfĕrant; equidem Patras euntem neminem praetermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo: nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius: ei te totum trade. Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi

Ep. 15. Scritta da Leucade all' indomani dell' Ep. preced.

Q. Q. = *Q. frater, Q. filius.*

1. *Thyrei. Thyreum* era città dell' Acarnania, dove Cicerone fu prima di arrivare a Leucade.

quam si vixerit tecum. Intende certamente: sulla fede del bene che io gli ho detto di te. Tirone era, come s' è detto, rimasto a Patrasso. Dopo *quasi* ed i suoi sinonimi, il tempo del congiuntivo è principale o secondario, secondo che è princ. o second. quello della prop. reggente.

facturum. Dà la ragione per cui è omesso il soggetto accusativo.

meliuscule. Cfr. il diminutivo italiano: star benino.

2. *Poteris.* Sc. *facere.*

Acastus. Schiavo di Cicerone.

in portu. A spiar l'occasione di mandar lettere a Cicerone.

tui.... curandi. Ha senso passivo.

ut valeas; cetera ego curabo. Etiam atque etim vale. Leucăde proficiscens, VII. Idus Novembr.

16.

TULLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI SAL. PLUR. DIC.

Tertiam ad te hanc epistulam scripsi eodem die, 1
magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram cui darem, quam quo haberem quod scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhĭbe in te diligentiae; ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. Cum valetudinis rationem, 2
ut spero, habuĕris, habeto etiam navigationis. In Italiam euntibus omnibus ad me litteras dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura, cura te mi Tiro: quoniam non contĭgit, ut simul navigares, nihil est, quod festīnes, nec quicquam cures, nisi ut valeas. Etiam atque etiam vale. VII. Idus Novembr. Actio, vesperi.

Ep. 16. Oltre la precedente Ep., Cicerone ne aveva scritta un'altra a Tirone nello stesso giorno, che è la quarta del libro XVI.

2. *Tertiam.* Apposizione di *hanc. ep.*

instituti. Vedi Ep. prec. § 2.

quo hab. Con *quo* s' indica una causa non reale, avendo la frase senso negativo = *scripsi... non quo haberem* ecc., *sed quia nactus eram* ecc.

Igitur illa. Ellissi del verbo: laonde ti ripeterò quello che tante volte ti scrissi.

diligis... diligentia. Allitteratio (Schmidt, Stil. Lat. § 84 *A* 2) e gioco di parole.

hoc. Accenna ad un concetto precedente.

2. *simul* = *nobiscum.*

17.

TULLIUS ET CICERO S. D. TIRONI SUO.

Septimum iam diem Corcȳrae tenebamur; Quintus autem pater et filius Buthrōti. Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum, nec mirabamur nihil a te litterarum: iis enim ventis istim navigatur, qui si essent, nos Corcȳrae non sederemus. Cura igitur te, et confirma, et, cum commode et per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat: carus omnibus exspectatusque venies. Cura, ut valeas. Etiam atque etiam, Tiro noster, vale. xv. Kalend Decembr. Corcȳra.

18.

CICERO F. TIRONI SUO S.

Etsi iusta et idonea usus es excusatione intermissionis litterarum tuarum, tamen id ne saepius facias rogo: nam, etsi de re publica rumoribus et nuntiis certior fio et de sua in me voluntate semper ad me perscribit pater, tamen de quavis minima re scripta a te ad me epistula semper fuit gratissima. Qua re cum in primis tuas desiderem litteras, noli committere, ut excusatione potius expleas officium scribendi, quam assiduitate epistularum. Vale.

Ep. 17. Dell' anno 704.

Corcyra. Ora Corfù.

Buthroti. Ora Butrinto, sul continente.

iis ecc. Se spirasse un vento tale che le navi potessero andar da Patrasso a Corcira (est-ovest), io avrei proseguito il mio viaggio per l' Italia.

per. Richiama le regole sull' uso di questa preposizione.

Ep. 18. Da Atene, l' anno 710.

C. F. = *Cicero filius,* allora studente in Atene.

noli committere. Che differenza ci sarebbe se dicesse: *ne commiseris?*

19.

CICERO SERVIO S.

Asclapōne Patrensi, medico, utor familiariter, eiusque cum consuetudo mihi iucunda fuit, tum ars etiam, quam sum expertus in valetudine meorum; in qua mihi cum ipsa scientia, tum etiam fidelitate benevolentiaque satis fecit. Hunc igitur tibi commendo, et a te peto, ut des operam, ut intellĕgat diligenter me scripsisse de sese, meamque commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum.

20.

CICERO SERVIO S.

Hagesarētus Larissaeus, magnis meis beneficiis ornatus in consulatu meo, memor et gratus fuit, meque postea diligentissime coluit. Eum tibi magno opere commendo, ut et hospitem et familiarem meum et gratum hominem et virum bonum et principem civitatis suae et tua necessitudine dignissimum. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat, hanc meam commendationem magnum apud te pondus habuisse.

Ep. 19. Le Ep. 19-23 sono lettere di raccomandazione. La presente fu scritta da Roma l'anno 708.

Asclapone... medico. Il medico Asclapone aveva curato Tirone ammalato in Patrasso; cfr. Ep. 13, Introd. Servio, a cui lo raccomanda, chiamavasi Servio Sulpicio: era uomo politico, giureconsulto, oratore dei più stimati di Roma. Nel 708 era proconsole in Acaia, mandatovi da Giulio Cesare.

Ep. 20. Scritta da Roma l'anno 708 al medesimo Servio Sulpicio, di cui si disse nelle note all'Ep. precedente.

21.

CICERO MEMMIO S.

A. Fufium, unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem et summa humanitate tuaque amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam gratum mihi id erit, quam quod gratissimum; ipsum praeterea summo officio et summa observantia tibi in perpetuum devinxeris.

22.

CICERO CORNIFICIO.

C. Anicius, familiaris meus, vir omnibus rebus ornatus, negotiorum suorum causa legatus est in Africam legatione libera: eum velim rebus omnibus adiuves, operamque des, ut quam commodissime sua negotia conficiat; in primisque, quod ei carissimum est, dignitatem eius tibi commendo, idque a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus non rogatus, ut omnibus senatoribus lictores darem; quod idem acceperam, et id cognoveram a summis viris factitatum. Hoc igitur,

Ep. 21. Scritta da Roma a C. Memmio, forse durante il costui esilio a Mitilene (704). A questo C. Memmio Lucrezio dedicò il suo poema *de rerum natura*.

ut mihi coram recepisti. Come mi promettesti di presenza.

Ep. 22. Scritta nel 710, probabilmente da Roma, a Q. Cornificio, che in quel tempo governava pel senato la provincia d' Africa.

legatione libera. Sotto questo specioso titolo i senatori viaggiavano per le provincie romane a spese dei provinciali, sebbene — come dice apertamente anche Cicerone — non v'andassero che pei loro privati interessi.

lictores. Come guardia d' onore.

mi Cornifici, facies, ceterisque rebus omnibus eius dignitati reique, si me amas, consules. Erit id mihi gratissimum. Da operam, ut valeas.

23.

CICERO CORNIFICIO S.

Sex. Aufidius et observantia, qua me colit, accedit ad proximos, et splendore equiti Romano nemini cedit; est autem ita temperatis moderatisque moribus, ut summa severitas summa cum humanitate iungatur: cuius tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut maiore studio magisve ex animo commendare non possim. Pergratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intellegat meas apud te litteras maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo.

24.

CICERO S. D. CORNIFICIO COLLEGAE.

1 Grata mihi vehementer est memoria nostri tua, quam significasti litteris; quam ut conserves, non quo de tua constantia dubitem, sed quia mos est ita rogandi, rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora quaedam nuntiata sunt, quae, quia tibi sunt propiora quam nobis, tua me causa

Ep. 23. Dell' anno 710.
temperatis moderatisque. Endiadi di verbi, ossia uso di due verbi sinonimi là dove in lingua nostra si preferisce un verbo ed un avverbio. Qui di 'carattere così ben temperato' o simile frase.
severitas. Gravità.
humanitas. Cortesia.

Ep. 24. Dell' anno 708.
Collegae. Erano amendue membri del collegio degli áuguri.
1. *Ex Syria nob. tum.* I tumulti suscitati in Siria da Cecilio Basso, dei quali Cesare si impensierì molto. Basso era appoggiato dagli Arabi.
propiora. Cornificio stava al

magis movent quam mea. Romae summum otium est, sed ita, ut malis salubre aliquod et honestum negotium ;
2 quod spero fore : video id curae esse Caesări. Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam et licentiam nactum scribere audacius ; et cetera quidem fortasse, quae etiam tu concederes ; sed proxime scripsi de optimo genere dicendi, in quo saepe suspicatus sum te a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paulum dissidēre. Huic tu libro maxime velim ex animo, si minus, gratiae causa suffragēre. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teque mittant : puto enim, etiam si rem minus probabis, tamen in ista solitudine, quidquid a me profectum
3 sit, iucundum tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemque commendas, facis tu quidem omnium more, sed velim sic existĭmes, me cum amori, quem inter nos mutuum esse intellegam, plurimum tribuĕre, tum de summo ingenio et de studiis tuis optimis et de spe amplissimae dignitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, compărem paucos.

governo della provincia d'Africa.

summ. otium. Conseguenza della dominazione assoluta di Cesare.

salubre... et hon. Intendi in senso politico.

video ecc. Cesare meditava una spedizione contro i Parti.

2. *cetera.* Allusione ai libri di filosofia, di cui Cornificio non s' occupava.

de opt. gen. dic. Il trattato *de Oratore*, in 3 libri.

tuis. Forse *pueris* (schiavi), o in genere a quelli di tua famiglia.

solit. Della provincia.

quidquid a me pr. sit. Il participio è da *proficiscor*, non da *proficio*.

3. *Quod mihi.* Cfr. Ep. 2, nota 2.

quem. Contiene un senso causale. Perciò il cong.

studiis tuis opt. Vuolsi che questo possa essere quel Cornificio, a cui si attribuiscono i libri *Rhetoricorum ad Herennium*.

25.

D. BRUTUS IMP. COS. DESIG. S. D. CICERONI.

Si de tua in me voluntate dubitarem, multis a te 1
verbis peterem, ut dignitatem meam tuerēre, sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curae. Progressus sum ad Inalpīnos cum exercitu, non tam nomen imperatorium captans, quam cupiens militibus satis facere, firmosque eos ad tuendas nostras res efficere. Quod 2
mihi videor consecutus: nam et liberalitatem nostram et animum sum experti. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi; multa castella cepi, multa vastavi: non sine causa ad senatum litteras misi. Adiuva nos tua sententia; quod cum facies, ex magna parte communi commodo inserviĕris.

26.

M. CICERO D. BRUTO COS. DES. S. D.

Etsi mihi tuae litterae iucundissimae sunt, tamen 1
iucundius fuit, quod in summa occupatione tua Planco

Ep. 25. Scritta da Decimo Giunio Bruto Albino (uno degli uccisori di Cesare), l'anno 710, sul finir di novembre, dalla sua provincia della Gallia citeriore. Cfr. Ep. 34, 2.

1. *Inalpinos*. Popolo abitatore delle Alpi, menzionato anche da Plinio il vecchio. Per tenere le sue genti esercitate e di buon umore, Bruto mosse (probabilmente senza motivo o con meri pretesti) contro a quei miseri montanari.

res n. Il partito senatorio.

2. *ad sen. litt. misi.* Mandai al S. una relazione (in forma ufficiale).

Ad. nos t. s. Appoggiami in Senato col tuo parere (cioè quando, invitato dal console, dirai il tuo parere). Probabilmente Bruto desiderava che il Senato decretasse una *supplicatio* (festa di ringraziamento per vittorie ottenute).

Ep. 26. Da Roma, nel giugno 711.

collegae mandasti, ut te mihi per litteras excusaret; quod fecit ille diligenter. Mihi autem nihil amabilius officio tuo et diligentia. Coniunctio tua cum collega concordiaque vestra, quae litteris communibus decla-
2 rata est, S. P. Q. R. gratissima accidit. Quod supĕr-est, perge, mi Brute, et iam non cum aliis, sed tecum ipse certa. Plura scribere non debeo, praesertim ad te, quo magistro brevitatis uti cogĭto. Litteras tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto.

27.

M. CICERO S. D. D. BRUTO.

1 Exspectanti mihi tuas quotidie litteras Lupus noster subito denuntiavit, ut ad te scriberem, si quid vellem. Ego autem, etsi quid scriberem non habebam — acta enim ad te mitti sciebam, inanem autem sermonem litterarum tibi iniucundum esse audiebam —, brevitatem secutus sum te magistro. Scito igitur in te et in col-
2 lega spem omnem esse. De Bruto autem nihil adhuc

1. *Planco.* Lucio Munazio Planco, governatore della Gallia transalpina. Indi a poco si staccò da Bruto per unirsi ad Antonio.

mandasti. Commettesti.

S. P. Q. R. = *Senatui populoque Romano.*

accidit = *fuit.*

2. *Quod. sup.* È oggetto del seguente *perge.*

praesertim. Confrontandone il senso con quello del seguente *maxime,* ingégnati di trovare la differenza tra questi due sinonimi.

Ep. 27. Da Roma, l'anno 711.

1. *denuntiavit.* Mi fece dire esservi un'occasione di spaccio, affinchè ecc.

acta. Detti spesso *acta diurna* o *publica.* Sorta di gazzetta ufficiale, che pubblicava, senza commento alcuno, i fatti di ciascun giorno, e che si diramava anche alle autorità delle provincie.

te magistro. Cfr. Ep. preced. § 2. Risolvi questo abl. in una prop.

2. *De Bruto.* Marco Giunio Bruto, che raccoglieva forze in Macedonia. Nel dicembre di questo stesso anno Cicerone fu

certi; quem ego, quem ad modum praecĭpis, privatis litteris ad bellum commune vocare non desĭno. Qui utĭnam iam adesset! Intestinum urbis malum, quod est non mediŏcre, minus timeremus. Sed quid ago? Non imĭtor λακωνισμὸν tuum: altera iam pagella procedit. Vince, et vale. XIV. Kal. Quinctilis.

28.

M. CICERO S. D. M. MARIO.

A. d. VIIII. Kal. in Cumānum veni cum Libōne tuo, vel nostro potius; in Pompeiānum statim cogito, sed faciam ante te certiorem. Te cum semper valere cupio, tum certe, dum hic sumus: vides enim, quanto post una futuri simus. Qua re, si quod constitutum cum podagra habes, fac, ut in alium diem diffĕras. Cura igitur, ut valeas, et me hoc biduo aut triduo exspecta.

proscritto dai Triumviri ed ucciso; nel seguente 712 M. Bruto e Cassio furono disfatti a Filippi.

intestinum. In Roma gli amici del giovane Ottaviano si agitavano per ottenergli il consolato.

altera iam pagella procedit. Già incomincia (= ho incominciato) la seconda pagina. Non senza ragione adopera il diminutivo, se con sì poche righe aveva già riempiuto una pagina.

Ep. 28. Dalla villa di Cuma, l'anno 708.

in Pompeianum. Altra villa di Cic. in vicinanza di Pompei, città della Campania sepolta non molti anni dopo da un'eruzione del Vesuvio.

cogito. Sc. *ire.* Ellissi propria soltanto dello stile familiare.

vides . . . simus. Sai bene quanto (poco) tempo ci vorrà perchè possiamo essere insieme.

si quod const. Aliquid constitutum habere significa: essersi obbligato con altri a far qualche cosa ad una data scadenza (come pagare una somma, o simile). Questo termine legale è da Cicerone applicato scherzosamente alla podagra: se hai qualche impegno colla tua gotta (cioè se l' attendi a un dato giorno), fa di rimandarlo.

hoc bid. aut tr. Tra due o tre giorni.

29.

CICERO PLANCO.

1 Ut primum potestas data est augendae dignitatis tuae, nihil praetermisi in te ornando, quod positum esset aut in praemio virtutis aut in honore verborum. Id ex ipso senatus consulto poteris cognoscere: ita enim est perscriptum, ut a me de scripto dicta sententia est, quam senatus frequens secutus est summo studio ma-
2 gnoque consensu. Ego quamquam ex tuis litteris, quas mihi misisti, perspexeram te magis iudicio bonorum quam insignibus gloriae delectari, tamen considerandum nobis existimavi, etiam si tu nihil postulares, quantum tibi a re publica deberetur. Tu contexes extrema cum primis: qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit; itaque Homērus non Aiăcem nec Achillem, sed Ulixem appellavit πτολίπορθον. Vale.

Ep. 29. Da Roma, nel maggio del 711. La lettera è indirizzata a L. Munazio Planco, che insieme a Bruto teneva nell' Italia settentrionale la campagna contro Antonio.

1. *in honore verb.* È spiegato più sotto da *ita enim* ecc.

ex ipso senatus consulto. Il senato, su proposta di Cicerone, aveva decretato a Planco un ringraziamento ufficiale pei servigi da lui resi.

ut a me de scripto dicta sententia est. Fu copiato dalla proposta scritta, che io lessi in Senato.

frequens. A grande maggioranza.

2. *bonorum.* In senso politico: i conservatori, gli aderenti al partito senatorio.

contexes. Metafora: intreccierai, rannoderai = finirai ciò che hai incominciato.

oppresserit... confecerit. Perchè non dice: *oppresserit... conficiet?*

30.

CICERO PLANCO S.

O gratam famam biduo ante victoriam de subsidio 1
tuo, de studio, de celeritate, de copiis! Atque etiam
hostibus fusis spes omnis est in te: fugisse enim ex
proelio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces;
est autem non minus gratum extrema delēre, quam
prima depellere. Equidem exspectabam iam tuas litte- 2
ras, idque cum multis, sperabamque etiam Lepĭdum
rei publicae temporibus admonĭtum tecum e re pu-
blica esse facturum. In illam igitur curam incumbe,
mi Plance, ut ne quae scintilla taeterrimi belli relin-
quatur. Quod si erit factum, et rem publicam divino
beneficio affecĕris et ipse aeternam gloriam consequēre.
D. III. Non. Mai.

31.

CICERO PAETO.

Heri veni in Cumānum, cras ad te fortasse. Sed cum certum sciam, faciam te paulo ante certiorem.

Ep. 30. Da Roma, l'anno 711.

1. *victoriam.* Allude alla battaglia di Modena, nella quale Marco Antonio fu sconfitto prima ancora che Planco venisse, come s' era mosso a fare, in sussidio di Bruto.

atque. Ha senso avversativo e concessivo.

notissimi. Famigerati.

latronum duces. Espressione ingiuriosa per indicare i capi del partito avversario.

2. *Lepidum.* M. Emillo Lepido. Poco dopo congiunse le sue milizie con quelle di Antonio, e formò con lui e con Ottaviano il triumvirato che proscrisse Cicerone.

ut ne. Si usa spesso *ut ne* pel solo *ne* quando segue un pron. indefinitivo.

affeceris... consequere. Spiega la differenza del tempo.

Ep. 31. Dell' anno 708, il 25 agosto.

Etsi M. Caeparius, cum mihi in silva Gallinaria obviam venisset, quaesissemque, quid ageres, dixit te in lecto esse, quod ex pedibus laborares. Tuli scilicet moleste, ut debui, sed tamen constitui ad te venire, ut et viderem te et visĕrem et cenarem etiam: non enim arbĭtror coquum etiam te arthrĭtĭcum habere. Exspecta igitur hospitem cum minime edācem, tum inimicum cenis sumptuosis.

32.

CICERO DOLABELLAE.

1 Gratulor Baiis nostris, si quidem, ut scribis, salubres repente factae sunt, nisi forte te amant, et tibi assentantur et tam diu, dum tu ades, sunt oblītae sui. Quod quidem si ita est, minime miror caelum etiam et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Deiotăro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putāram: itaque eam tibi misi; quam velim

quaesissemque. Sc. *ex eo.*
quid ageres. Come stavi.
ex pedibus. Di podagra.
tamen. Risponde anche all' *etsi* di sopra.
silva Gall. Foresta di pini sulla costa della Campania, così chiamata dai galli selvatici (*gallinae rusticae*), che vi abbondavano.
non... arbitror. Spero.
Ep. 32. Dalla villa di Pozzuoli, nel dicembre 709, a Publio Cornelio Dolabella, terzo marito di Tullia.
1. *Baiis nostris.* Stazione di bagni marini e d'acque termali, assai frequentata dai ricchi Romani, situata vicino a Pozzuoli (onde *nostris*), nella parte occidentale della baia di Napoli. Tuttavia nell'opinione di molti (tra i quali Cicerone) il luogo era insalubre.
miror... dimittere. L' indicativo *miror* vuol esser tradotto in lingua nostra mediante il condizionale. Come tradurrai per conseguenza l' infinito?
2. *or. pro Deiotaro.* La piccola orazione, che possediamo oncora, in difesa di Deiotaro, vecchio re della Galazia, accusato di avere attentato alla vita di Cesare. Fu pronunciata in Roma nel 45 av. Cr.

sic legas, ut causam tenuem et inŏpem nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense, crasso filo, cuius modi ipsius solent esse munĕra. Tu velim animo sapienti fortique sis, ut tua moderatio et gravitas aliorum infamet iniuriam.

33.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CUR.

M. Fadio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor, mirificeque eum diligo cum propter summum ingenium eius summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam : eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos : hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem: omnia relinques, si me amabis, cum tua opera Fadius uti volet. Ego res Romanas vehementer exspecto, et desidero, in primisque quid agas scire cupio : nam iam diu propter hiĕmis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

scriptione. D' esser messa in iscritto.

levidense. Di poco conto.

crasso filo. Metafora tolta dai tessuti.

cuius modi... munera. Allusione, che pare significhi come Cicerone fosse malcontento della liberalità di Deiotaro (a cui certo si siferiscono le parole *hospiti veteri et amico*).

Ep. 33. Scritta da Laodicea (nella provincia di Cilicia), nel febbraio del 704.

M. Fadio. A lui sono indirizzate cinque delle lettere di Cicerone, che ancora rimangono.

magnos patronos. Protettori d'alto affare. *Patronus* val propriamente chi assiste o difende in tribunale.

hominem... oportet. Bisogna che l'abbia fatta grossa; cioè: voi non vi mettete all' opera per poco.

quid agas. Come stai di salute.

34.

CICERO CASSIO S.

1 Qui status rerum fuerit tum, cum has litteras dedi, scire poteris ex C. Titio Strabōne, viro bono et optime de re publica sentiente: nam quid dicam cupidissimo tui, qui domo et fortunis relictis ad te potissimum profectus sit? Itaque eum tibi ne commendo quidem:
2 adventus ipsius ad te satis eum commendabit. Tu velim sic existimes, tibique persuadeas, omne perfugium bonorum in te et Bruto esse positum, si, quod nolim, adversi quid evenerit. Res, cum haec scribebam, erat in extremum adducta discrīmen: Brutus enim Mutĭnae vix iam sustinebat; qui si conservatus erit, vicimus; sin — quod di omen avertant! — omnis omnium cursus est ad vos. Próinde fac animum tantum habeas tantumque apparatum, quanto opus est ad universam rem publicam recuperandam. Vale.

35.

CICERO CASSIO S.

1 Brevitas tuarum litterarum me quoque breviorem in scribendo facit, et, vere ut dicam, non satis occurrit, quid

Ep. 34. Da Roma, nell'aprile del 711. Caio Cassio Longino, uno degli uccisori di Cesare, trovavasi in Siria, e raccoglieva milizie per contrapporle a Dolabella, ultimo genero di Cicerone.

1. *cupidissimus.* Devotissimo.

qui... profect. sit. Ha senso causale.

2. *Bruto.* M. Giunio Bruto, che si trovava in Macedonia. Invece il Bruto nominato più sotto è Decimo Giunio Bruto.

sustinebat. Verbo usato assolutamente.

omnis omnium. Giustaposizione di voci di suono uguale, che si chiama *traductio,* e serve ad ornamento rettorico. Il senso è: non rimane più scampo che in voi.

Ep. 35. Da Roma, nel giugno 711.

scribam: nostras enim res in actis perferri ad te certo scio, tuas autem ignoramus: tamquam enim clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos praeter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine auctore. Nos, confectum bellum cum 2
putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem sumus adducti: itaque tibi persuade maximam rei publicae spem in te et in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tamen, ut omnia, ut spero, prospere procedant, multum interest te venire. Exigua enim spes est rei publicae: nam nullam non libet dicere; sed, quaecumque est, ea despondetur anno consulatus tui. Vale.

36.

CICERO ACILIO PROCOS. S.

L. Manlius est Sosis. Is fuit Catinensis, sed est una 1
cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus decurio-

1. *non satis*. Litote, che val quasi quanto *nihil*.

in actis. Cfr. Ep. 27 § 1.

de oppresso D. Dolabella, che prima parteggiava per gli uccisori di Cesare, fu poi tratto al partito contrario da Antonio, che gli diede il governo della Siria, a cui aspirava anche Cassio. Nel 43 Cassio espugnò Laodicea, e Dolabella, per non cadere nelle sue mani, si fece uccidere da un soldato.

sine auctore. Non autentici, non ufficiali.

2. *Lepido*. Costui aveva sposata una sorellastra di M. Giunio Bruto. Un'altra sorellastra di Bruto era maritata a Cassio.

despondetur. È promessa = è congiunta = dipende. Metafora tolta dagli sponsali.

Ep. 36. Da Roma, non si sa in quale anno, Acilio era proconsole in Sicilia, nel tempo che Cesare, al cui partito aderiva, era impegnato nella guerra d'Africa.

1. *L. M. est S.* Vi è un certo ecc. Il terzo nome è Siciliano o Greco.

Catinensis, sed ecc. La *lex Iulia* (del 90 av. Cr.) concesse la cittadinanza romana a tutti i soci e Latini, che prima della promulgazione di essa legge erano cittadini d'una città d'Italia; la legge *Plautia* e *Pa-*

que Neapoli: erat enim ascriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datam. Eius frater Catinae nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiam eum habiturum, et est hodie in bonis; sed, quoniam habet praeterea negotia vetera in Sicilia tua, et hanc hereditatem fraternam et omnia eius tibi commendo, in primisque ipsum virum optimum mihique familiarissimum, iis studiis litterarum doctrinaeque deditum, quibus ego maxime delector.
2 Peto igitur abs te, ut eum, sive aderit sive non venerit in Siciliam, in meis intimis maximeque necessariis scias esse, itaque tractes, ut intellegat meam sibi commendationem magno adiumento fuisse.

37.

M. CICERO S. D. C. CURIONI.

1 Epistularum genera multa esse non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire aut nostra aut ipsorum interesset. Tu huius generis litteras a me profecto non exspectas: tuarum

piria dell' 89 av. Cr. estese questo diritto a tutti gli Italiani.

decurio. Membro del senato municipale (o consiglio municipale) di Napoli.

et est h. in bonis. Ed è già in possesso della sostanza = *et est hodie in possessione bonorum*, frase che si trova anch'essa in Cic.

Ep. 37. Da Roma, l'anno 701. Caio Scribonio Curione, giovane assai dissoluto, era stato richiamato a miglior vita da Cicerone, che molto sperava dal suo talento, anche per la causa della repubblica. Senonchè i debiti lo costrinsero a darsi a Cesare: morì in Africa combattendo i Pompeiani. La presente lettera è un esempio di quel che Cicerone sapeva fare anche quando non aveva argomento su cui scrivere.

1. *unum illud certiss*. Su gli altri generi di lettere ci potrà essere disparere, ma nessuno porrà in dubbio questo.

cuius causa. Distingui tra *causa* col genitivo, *ob* e *propter*.

faceremus. Il tempo si regola secondo *inventa est*.

enim rerum domesticos habes et scriptores et nuntios; in meis autem rebus nihil est sane novi. Reliqua sunt epistularum genera duo, quae me magno opere delectant, unum familiare et iocosum, alterum severum et grave. Utro me minus deceat uti, non intellego. Iocerne tecum per litteras? Civem mehercŭle non puto esse, qui temporibus his ridēre possis. An gravius aliquid scribam? Quid est, quod possit graviter a Cicerone scribi ad Curiōnem, nisi de re publica? Atqui in hoc genere haec mea causa est, ut neque ea, quae sentio, neque ea, quae non sentio, velim scribere. Quam ob 2
rem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, qua soleo, teque ad studium summae laudis cohortabor: est enim tibi gravis adversaria constituta et parata, incredibilis quaedam exspectatio, quam tu una re facillime vinces, si hoc statuĕris, quarum laudum gloriam adamāris, quibus artibus eae laudes comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse confiderem, et hoc, quicquid attĭgi, non feci inflammandi tui causa, sed testificandi amoris mei.

38.

CICERO BRUTO S.

L. Titio Strabōne, equite Romano in primis honesto 1
et ornato, familiarissime utor; omnia mihi cum eo

scriptores: chi ne lo informava regolarmente; *nuntios:* messaggeri avventizii.

2. *incredibilis quaedam.* Il pronome non serve che a rafforzare l'aggettivo. Curione era questore in Asia; al suo ritorno in Roma fu fatto tribuno (50 av. Cr.), e poco di poi passò alla parte di Cesare.

quarum l. Costruisci: *esse elaborandum in iis artibus, quibus eae laudes comparantur, quarum adamaris gloriam. Laus* è la lode che viene dalle singole azioni lodevoli; *gloria* è la stabile reputazione che risulta dal complesso delle *laudes.*

Ep. 38. Da Roma, l'anno 708, a M. Giunio Bruto, che

intercedunt iura summae necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius; ea res a Vol-
2 catio, qui Romae ius dicit, reiecta in Galliam est. Peto a te hoc diligentius, quam si mea res esset, quo est honestius de amicorum pecunia laborare quam de sua, ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas, operamque des, quoad tibi aequum et rectum videbitur, ut quam commodissima condicione libertus Strabonis, qui eius rei causa missus est, negotium conficiat ad nummosque perveniat. Id et mihi gratissimum erit et tu ipse L. Titium cognosces amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi curae sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo.

39.

CICERO TREBATIO.

1 Ego te commendare non desisto, sed, quid proficiam, ex te scire cupio; spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentissime et saepissime scribo. Illud soleo mirari, non me totiens accipĕre tuas litteras, quotiens a Quinto mihi fratre afferuntur. In Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti:

allora governava la Gallia Cisalpina in nome di Cesare.

iura. Metafora dalla legge o dalla religione. Noi con vocabolo più generico: tutti i rapporti, i vincoli.

a Volc.... reiecta.... est. Volcazio era pretore urbano in Roma, e s'era dichiarato incompetente a giudicare l'affare di Strabone, che invece spettava alla giurisdizione di Bruto in Gallia.

Ep. 39. Da Roma, nel maggio del 700. Trebazio militava col fratello di Cicerone nell'esercito di Cesare durante la guerra Gallica. Ora si preparava la seconda spedizione in Britannia.

1. *commendare.* Sc. *Caesari.*

Balbo. Lucio Cornelio Balbo, amicissimo di Cesare, occupava nel suo esercito il grado di *praefectus fabrum,* o sia era a capo del genio militare.

nihil esse audio ecc. Forse è un biasimo sull' inutilità delle

id si ita est, essĕdum aliquod capias suadeo et ad nos quam primum recurras. Sin autem sine Britannia ta- 2
men assĕqui, quod volumus, possumus, perfĭce, ut sis in familiaribus Caesăris: multum te in eo frater adiuvabit meus, multum Balbus, sed, mihi crede, tuus pudor et labor plurimum. Imperatorem habes liberalissimum, aetatem opportunissimam, commendationem certe singularem, ut tibi unum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare.

40.

CICERO S. D. TREBATIO.

Legi tuas litteras, ex quibus intellexi te Caesări no- 1
stro valde iure consultum videri: est quod gaudeas te in ista loca venisse, ubi aliquid sapĕre viderēre. Quod si in Britanniam quoque profectus esses, profecto nemo in illa tanta insula peritior te fuisset. Verum tamen — rideamus licet: sum enim a te invitatus — subinvideo tibi, ultro te etiam arcessītum ab eo, ad quem ceteri, non propter superbiam eius, sed propter occupationem, aspirare non possunt. Sed tu in ista 2
epistula nihil mihi scripsisti de tuis rebus, quae me-

spedizioni di Cesare in Britannia, delle quali Cicerone non comprendeva o non voleva comprendere lo scopo.

essedum (anche *ésseda*). Carro gallico a due ruote. Senso: in Britannia non v'è nulla da guadagnare, laonde, se non puoi avere il favore di Cesare senza accompagnarlo colà, tórnatene a Roma; ma se puoi fare a meno d'andarvi (*sine Brit.*), ecc.

videare. Pleonasmo specialmente frequente in Cicerone.

Ep. 40. Da Roma, nel dicembre del 700.

1. *iure consultum*. Queste due voci non si debbono interpretare come se fossero scritte insieme; il che è anche indicato dalla presenza dell'avverbio *valde*. Qui Cicerone scherza sopra l'erudizione legale di Caio Trebazio Testa (a cui Orazio diresse la prima satira del secondo libro).

ultro. Senza che tu gli abbia reso prima alcun servigio.

hercule mihi non minori curae sunt quam meae. Valde metuo, ne frigeas in hibernis; quam ob rem camino luculento utendum censeo — idem Mucio et Manilio placebat —, praesertim qui sagis non abundares; quamquam vos nunc istic satis calēre audio; quo quidem nuntio valde mehercule de te timueram. Sed tu in re militari multo es cautior, quam in advocationibus, qui neque in Oceăno natare volueris, studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne andabăta quidem defraudare poteramus. Sed iam
3 satis iocati sumus. Ego de te ad Caesărem quam diligenter scripserim, tute scis; quam saepe, ego. Sed mehercule iam intermiseram, ne vidērer liberalissimi hominis meique amantissimi voluntati erga me diffidĕre; sed tamen iis litteris, quas proxime dedi, putavi esse hominem commonendum. Id feci; quid profecerim, facias me velim certiorem et simul de toto statu tuo consiliisque omnibus: scire enim cupio, quid agas, quid exspectes, quam longum istum tuum discessum a

2. *ne frigeas.* Forse c'è sotto ironia: che, non avendo nulla da fare, tu non muoia di freddo.

idem... placebat. Scherzevole uso della formula, con cui i giureconsulti romani citavano l'autorità d'altri uomini di legge.

sagis non abundares. O vuol dire che Trebazio era meschinamente fornito d'abiti militari, o allude alla sua poca inclinazione per la milizia. Il tempo dipende da *placebat.*

satis calere. Allusione faceta ai torbidi mossi da Ambiorige in Gallia nell' inverno del 54. V. Caes. *B. G.* Lib. 5, Cap. 24 segg.

cautior. Gioco di parole. *Cavere in advocationibus* significa pigliare tutte le precauzioni possibili per assicurare la meglio ai proprii clienti.

in Oceano natare. Passare in Britannia.

andabatam. Andabatae si chiamavano certi gladiatori che combattevano a cavallo portando un elmo senza fori per gli occhi. Sorta di spettacolo gradito specialmente al più basso volgo.

defraudare. Trattener coll'astuzia dall'assistere ecc.

3. *Ego.* Spiega perchè Cicerone usi qui questo pronome, che, pel senso, non è indispensabile.

meique. Genit. oggettivo.

hominem = *Caesarem.*

nobis futurum putes. Sic enim tibi persuadeas velim, 4
unum mihi esse solacium, qua re facilius possim pati te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam; sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius: me, qui te non Romam attrăham, te, qui non huc advŏles. Una mehercule nostra vel severa vel iocosa congressio pluris erit quam non modo hostes, sed etiam fratres nostri Aedui. Qua re omnibus de rebus fac, ut quam primum sciam:

Aut consolando aut consilio aut re iuvero.

41.

CICERO TREBATIO S.

Vide, quanti apud me sis; etsi iure id quidem: non enim te amore vinco. Verum tamen quod praesenti tibi prope subnegaram, non tribueram certe, id absenti debere non potui; itaque, ut primum Velia navigare coepi, institui Tŏpĭca Aristotelēa conscribere, ab ipsa urbe commonĭtus amantissima tui. Eum librum tibi

4. *fratres nostri.* Titolo concesso agli Edui dal Senato in ricompensa dei loro servigi. Cfr. CAES. *B. G.* 1, 33, 2.

Aut... iuvero. Trimetro giambico, citato dall' *Heautontimorúmenos* di Terenzio.

Ep. 41. Dell' agosto 710. Ucciso Cesare, Cicerone fuggì da Roma, ed aveva in animo di andare in Sicilia. Per ciò fare si recò da Velia a Reggio (di Calabria), e da Reggio a Siracusa. Salpò da Siracusa, ma la tempesta ve lo respinse, e da Siracusa tornò a Roma.

Velia. Sulle coste della Lucania.

amantissima tui. Forse Trebazio vi aveva suoi possedimenti o vi dimorava in certe stagioni.

Topica. L'occasione che indusse Cicerone a scrivere questo libretto, che ancora possediamo, fu la seguente (secondo che egli stesso narra nell' esordio dell'operetta): Un giorno, che Cicerone e Trebazio si trovavano insieme nella biblioteca della villa Tusculana, osservandone i libri, a Trebazio venne tra mano

misi Regio, scriptum quam planissime res illa scribi potuit; sin tibi quaedam videbuntur obscuriora, cogitare debebis nullam artem litteris sine interprete et sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longe abieris: num ius civile vestrum ex libris cognosci potest? Qui quamquam plurimi sunt, doctorem tamen usumque desiderant; quamquam tu, si attente leges, si saepius, per te omnia consequēre, ut certe intellegas; ut vero etiam ipsi tibi loci proposita quaestione occurrant, exercitatione consequere, in qua quidem nos te continebimus, si et salvi redierimus et salva ista offenderimus. v. Kal. Sextīl. Regio.

42.

TULLIUS ET CICERO TIRONI SUO S. P. D.

1 Nos a te, ut scis, discessimus a. d. IV. Non. Novembr.; Leucădem venimus a. d. VIII. Idus Novembr., a. d. VII. Actium; ibi propter tempestatem a. d. VI. Idus morati

la Topica d'Aristotile. Avendo egli domandato che cosa contenesse quel libro, Cicerone gli rispose che insegnava l'arte di ritrovare gli argomenti, e nello stesso tempo gliene raccomandò la lettura; ma Trebazio non poteva comprenderne nulla. Pare che Trebazio lo richiedesse di tradurlo ad uso suo, e che Cic. per allora se ne scusasse. Ora invece, che non aveva altre occupazioni, scrisse, navigando da Velia a Reggio, un compendio, che contiene alquante delle teorie di Aristotile e poche aggiunte di Cicerone stesso.

debebis. Con *debere* (cfr. i sinonimi *necesse est, oportet, opus est*, e la coniug. perifrastica in *-dum*) si esprime necessità, obbligo morale.

litteris. Dai libri.

Non longe abieris. Intendi: per trovarne un esempio. E questo segue tosto nelle parole *num* ecc.

quamquam. Ha senso correttivo.

ipsi. Traducilo con un avverbio.

loci. In senso rettorico.

ista. Le coste d'Italia: ma qui è traslato al senso politico.

Ep. 42. Da Brindisi, il 28 novembre 704.

1. *Nos* ecc. Cfr. l' Ep. 13.

sumus. Inde a. d. v. Idus Corcȳram bellissime navigavimus. Corcȳrae fuimus usque ad a. d. xvi. Kalend. Decembr. tempestatibus retenti. A. d. xv. Kalend. in portum Corcyraeorum ad Cassiŏpen stadia cxx. processimus; ibi retenti ventis sumus usque ad a. d. ix. Kalendas. Interea, qui cupide profecti sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die cenati solvimus; inde 2
austro lenissimo, caelo sereno, nocte illa et die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus, eodemque vento postridie — id erat a. d. vii. Kalend. Decembr. — hora quarta Brundisium venimus, eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia, quae te facit plurimi. A. d. v. Kalend. Decembr. servus Cn. Plancii Brundisii tandem aliquando mihi a te exspectatissimas litteras reddidit, datas Idibus Novembr., quae me molestia valde levarunt: utinam omnino liberassent! Sed tamen Asclăpo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Nunc quid ego te horter, ut 3
omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum? Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi; scio te omnia facturum, ut nobiscum quam primum sis; sed tamen ita velim, ut ne quid propĕres. Symphonĭam Lysōnis vellem vitasses, ne in quartam hebdomăda in-

Cassiopen. Porto di Corcira.

stadia CCXX. Vedi Ep. 13, nota 4.

multi. Non intenderlo come apposizione partitiva di *qui*, ma costruisci: *multi, qui cupide* (ad ogni costo) *pr. s.* ecc. La collocazione di *multi* mette in gran rilievo l' idea di questo aggettivo. Cfr. SALL. *Catil.* 3, 1.

2. *cenati.* La cena dei Rom. corrispondeva al nostro pranzo, e si faceva dalle 3 alle 4 pomeridiane.

Hydruntem. Ora Otranto.

ludibundi. Vuol dire che il viaggio fu felicissimo, e, anzichè viaggio, passatempo.

id erat. Più frequente sarebbe *is erat* o *qui dies erat.*

Cn. Plancii. Il medesimo, in difesa del quale Cic. disse l'orazione che ancora possediamo.

Asclapo. Vedi Ep. 19.

3. *ut ne.* Vedi Ep. 30 § 2.

Symphoniam. Concerto musicale durante la cena.

hebdomada. Hebdomas è ciascun settimo giorno d'una malattia, a contare dal primo. Questi giorni erano ritenuti dai medici come giorni critici.

cĭderes; sed, quoniam pudori tuo maluisti obsĕqui quam valetudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico honos haberetur et tibi daret quod opus esset: me, cui iussisset, curaturum. Equum et mulum Brundisii tibi relĭqui. Romae vereor, ne ex Kalend. Ian. magni
4 tumultus sint. Nos agemus omnia modice. Reliquum est, ut te hoc rogem et a te petam, ne temĕre navĭges. Solent náutae festinare quaestus sui causa: cautus sis, mi Tiro: mare magnum et difficile tibi restat. Si potĕris, cum Mescinio — caute is solet navigare —, si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibuĕris teque nobis incolumem stitĕris, omnia a te habebo. Etiam atque etiam, noster Tiro, vale. Medico, Curio, Lysōni de te scripsi diligentissime. Vale, salve.

43.

TULLIUS ET CICERO, TERENTIA, TULLIA, Q. Q. TIRONI S. PLUR. DIC.

1 Etsi opportunitatem operae tuae omnibus locis desidero, tamen non tam mea quam tua causa doleo te

pudori. Riguardi.
misi, ut. Mandai a dire.
honos. *Honorarium*, e non *merces*, si chiamava la ricompensa che davasi a chi esercitava una professione liberale.
cui iuss. Intendi: in Roma.
curaturum. Termine tecnico della lingua commerciale, che vale: pagare.
ex Kal. Ian. In occasione del 1.º gennaio 49, in cui entravano in carica i consoli Marcello e Lentulo, i quali disegnavano agire energicamente contro Cesare.
4. *cum Mescinio.* Sc. *naviga.*
nautae. I padroni delle navi.
honesto. Di riguardo.
navicularius = *nauta.*
stiteris. Frase propria della lingua legale.
Ep. 43. Dalle vicinanze di Roma, il 4 gennaio 705. Come si vede dall'indirizzo, Cicerone scrive in nome suo, della mo-

non valere. Sed quoniam in quartanam conversa vis
est morbi — sic enim scribit Curius —, spero te dili-
gentia adhibĭta iam firmiorem fore. Modo fac, id quod
est humanitatis tuae, ne quid aliud cures hoc tempore,
nisi ut quam commodissime convalescas. Non ignoro,
quantum ex desiderio labores, sed erunt omnia facilia,
si valebis. Festinare te nolo, ne nauseae molestiam
suscipias aeger et periculose hieme navĭges. Ego ad 2
urbem accessi pridie Nonas Ianuar. Obviam mihi sic
est prodĭtum, ut nihil posset fieri ornatius: sed incĭdi
in ipsam flammam civilis discordiae vel potius belli,
cui cum cupĕrem mederi et, ut arbĭtror, possem, cu-
piditates certorum hominum — nam ex utraque parte
sunt qui pugnare cupiant — impedimento mihi fuerunt.
Omnīno et ipse Caesar, amicus noster, mināces ad
senatum et acerbas litteras miserat, et erat adhuc im-
pŭdens, qui exercitum et provinciam invito senatu
teneret, et Curio meus illum incitabat. Antonius qui-
dem noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesărem
cum Curiōne profecti erant, postea quam senatus con-

glie, del figlio, della figlia, del fratello e del nipote. Circa a *Q. Q.* v. Ep. 15.

1. *opportunitatem.* Quando un aggettivo italiano ha particolare importanza, spesso in latino gli corrisponde un sostant. astratto, ossia, si può dire, la sua personificazione.

locis. In senso improprio: occasioni.

quartanam. Sc. *febrim.*

nauseae. Mal di mare. È voce greca, e deriva dal vocabolo che in greco significa n a v e.

2. *ad urbem* ecc. Cicer., che tornava dalla provincia di Cilicia, si era fermato fuori di Roma colle legioni, aspettando che il Senato gli concedesse l' onore del trionfo per le imprese (del resto non molto considerevoli) da lui compiute in Asïa. Entrando in città, avrebbe perduto l'*imperium*, e quindi il diritto al trionfo. La guerra civile, che scoppiò poco dopo, impedì al Senato di occuparsi di Cicerone.

et ipse Caesar. Corrisponde al seguente *et Curio.* Cesare era a Ravenna, cioè sui confini dell' Italia d'allora. Circa a Curione, v. Ep. 37.

nulla vi expulsi. Così dicevano gli ottimati, ma sembra che in realtà fossero stati seriamente minacciati.

sulibus, praetoribus, tribunis pl. et nobis, qui pro coss. sumus, negotium dederat, ut curaremus, NE QUID RES
3 PUBLICA DETRIMENTI CAPERET. Numquam maiore in periculo civitas fuit; numquam imprŏbi cives habuerunt paratiorem ducem. Omnino ex hac quoque parte diligentissime comparatur; id fit auctoritate et studio Pompeii nostri, qui Caesarem sero coepit timere. Nobis inter has turbas senatus tamen frequens flagitavit triumphum, sed Lentŭlus consul, quo maius suum beneficium faceret, simul atque expedisset, quae essent necessaria de re publica, dixit se relaturum. Nos agimus nihil cupide eoque est nostra pluris auctoritas. Italiae regiones discriptae sunt, quam quisque partem tueretur: nos Capuam sumpsimus. Haec te scire volui. Tu etiam atque etiam cura, ut valeas litterasque ad me mittas, quotienscumque habebis, cui des. Etiam atque etiam vale. D. pridie Idus Ian.

44.

M. CATO S. D. M. CICERONI IMP.

1 Quod et res publica me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris,

pro coss. Cicer. era proconsole, come governatore della Cilicia, non avendo ancora deposto l' *imperium*.

ne ... caperet. Formula, con cui nei grandi pericoli pubblici il Senato conferiva ai magistrati poteri eccezionali.

3. *flagitavit.* Intendi: invitò i consoli a presentare la relativa proposta (*referre*).

discriptae. Distingui tra *discribere* e *describere*.

Ep. 44. Da Roma, l' anno 704. Catone risponde ad una lunghissima lettera, in cui Cicerone, esposte tutte le cose da sè fatte in Cilicia, lo prega di appoggiarlo in Senato per ottenere l'onore della *supplicatio* e del trionfo. Cfr. l'Ep. preced.

1. *togati.* È genitivo singolare, come *armati*, e si riferisce al pronome personale contenuto nel possessivo *tuam*. Con *togati* Catone allude a quanto

pari industria administrare gaudeam. Itaque, quod pro meo iudicio facere potui, ut innocentia consilioque tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzănis cum ipso rege regnum, sociorum revocatam ad studium imperii nostri voluntatem sententia mea et decreto laudarem, feci. Supplicationem decretam, si tu, qua in re nihil 2
fortuīto, sed summa tua ratione et continentia rei puplicae provisum est, dis immortalibus gratulari nos quam tibi referre acceptum mavis, gaudeo. Quod si triumphi praerogativam putas supplicationem et idcirco casum potius quam te laudari mavis, neque supplicationem sequitur semper triumphus et triumpho multo

Cicerone aveva fatto come magistrato civile, cioè come console, sventando la congiura di Catilina nel 63 av. Cr.

administrare. Vale: esercitarsi, ma in senso neutro, poichè il soggetto è *virtutem* ecc., ed il verbo è usato assolutamente.

meo iudicio. Secondo le mie convinzioni.

Ariobarzanis. Ariobárzane terzo, re di Cappadocia, che Cicerone aveva liberato da una congiura. Questo Ariobarzane doveva somme di denaro a Pompeo il Magno e a D. Giunio Bruto, uccisore di Cesare, ma, essendo poverissimo, Cicerone non potè cavarne che 100 talenti in denaro per Bruto e una cambiale di 200 a sei mesi per Pompeo. Anche Orazio (Ep. 1, 6, 39-40) scherza sulla povertà del re di Cappadocia.

decreto. Formale proposta, presentata dopo d' aver detta la *sententia.* Questa proposta di Catone importava una lode personale a Cicerone, ma di supplicazione non parlava. Con questa lettera Catone, che del resto vi affetta una rigidità per quei tempi stranissima, rinfaccia a Cicerone la sua vanità, in termini coperti, ma nel fondo durissimi.

2. *suppl. decr.* Dipende da *gaudeo.*

nihil fortuito. Sc. *factum.*

gratulari. Parlando di divinità, vale spesso: render grazie. L'oggetto è *quod provisum est.*

tibi referre acceptum. Frase della computisteria: scriverlo a tuo credito; cioè: averne obbligo a te. L' identico concetto è espresso poco dopo dalle parole: *casum ... mavis.*

praerogativam. Guarentigia. La centuria *praerogativa,* così chiamata *quod prima rogaretur,* esercitava grande influenza sul voto delle altre. Di qui l' uso traslato dell'aggettivo sostantivato.

neque. Asindeto argomentativo: sappi che ecc.

clarius est senatum iudicare potius mansuetudine et innocentia imperatoris provinciam quam vi militum aut benignitate deorum retentam atque conservatam esse;
3 quod ego mea sententia censebam. Atque haec ego idcirco ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut, quod maxime volo, existĕmes me laborare, ut tibi persuadeam me et voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sim arbitratus, et, quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale et nos dilige et instituto itinere severitatem diligentiamque sociis et rei publicae praesta.

45.

M. CICERO S. D. M. CATONI.

1 *Laetus sum laudari me*, inquit Hector, opinor apud Naevium, *abs te, pater, a laudato viro.* Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatione litterarum tuarum vel testimoniis sententiae dictae nihil est, quod me non assecutum putem. Idque mihi cum amplissimum tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares. Et, si non modo omnes,

censebam. Dichiarava apertamente.

3. *maiestate.* Onore, dignità (come magistrato).

instit. it. Val quanto: *ut facere coepisti.*

sever. Rigida imparzialità.

Ep. 45. Dalla provincia di Cilicia, nel luglio 704. Cicerone, rispondendo con questa all' Ep. precedente, dissimula il malcontento, che certamente doveva aver prodotto in lui la lettera di Catone, e cerca di guadagnarsene il voto pel trionfo.

1. *Laetus .... viro.* Verso tetrametro trocaico catalettico, citato dalla tragedia *Hector proficiscens* del poeta Caio Nevio (264-194 av. Cr.).

quod liquido veritati dares. Ciò che senza esitazione, senza scrupoli potevi concedere alla verità. Rendi la ragione del congiuntivo *dares.* Non si può disconoscere che da queste parole semi-ironiche fa capolino l' idea: parmi tuttavia che per l'amicizia tu avresti potuto fare qualche cosa di più.

verum etiam multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est, quem ego currum aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum sensum et ad illud sincerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius quam ea tua oratio, quae est ad me perscripta a meis necessariis. Sed 2
causam meae voluntatis, non enim dicam cupiditatis, exposui tibi superioribus litteris, quae, etiamsi parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur a senatu, minime aspernandus esse videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob rem publicam susceptis laboribus me non indignum honore, usitato praesertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissime scribis, ut, cum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris, si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. Sic enim fecisse te et sensisse et scripsisse video, resque ipsa declarat tibi illum honorem nostrum supplicationis iucundum fuisse, quod scribendo adfuisti: haec enim senatus consulta

si non modo... verum etiam. L' avverbio s o l t a n t o, che vuolsi sottintendere all' aggett. *multi* (vedi S. St. Lat. § 75*a*) richiede che anche a *non modo* s' attribuisca un senso limitativo: n o n d i r ò, n o n v o g l i o d i r tutti ecc.

currum... lauream. Il trionfo. Qual figura rettorica?

illud sincerum ac subtile iud. Sc. *illud tuum* ecc. A quel tuo imparziale e purgato giudizio, ben diverso da quello dell'universale, che ora bada soltanto alle apparenze.

perscripta. Fa sentire, traducendo, la forza della preposizione.

2. *quae.* Si riferisce a *causam.*

hanc habet rationem. Ha la sua base; cioè: ha la sua giustificazione in questo, che ecc.

honos. Il trionfo.

meis... laboribus. Giova però avvertire che le vittorie di Cic. si dovevano al fratello Quinto, suo luogotenente in Cilicia.

ex te p. È assai più frequente *abs te peto.*

quod... scribis. Usa questa incidente perchè riporta le testuali parole della lettera di Catone.

id, quod maluero. Cioè il trionfo.

quod scribendo adf. Ad as-

non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te propediem videbo, atque utĭnam re publica meliore quam timeo!

46.

TULLIUS S. D. TIRONI SUO.

1 Quo in discrimine versetur salus mea et bonorum omnium atque universae rei publicae, ex eo scire potes, quod domos nostras et patriam ipsam vel diripiendam vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliqui subvenerit,
2 salvi esse nequeamus. Equĭdem, ut veni ad urbem, non destĭti omnia et sentire et dicere et facere, quae ad concordiam pertinerent; sed mirus invaserat furor non solum imprŏbis, sed etiam iis, qui boni habentur, ut pugnare cuperent me clamante nihil esse bello civili miserius. Itaque cum Caesar amentia quadam raperetur et oblītus nominis atque honorum suorum Arimĭnum, Pisáurum, Ancōnam, Arretium occupavisset, urbem reliquimus; quam sapienter aut quam fortiter,
3 nihil attĭnet disputari: quo quidem in casu simus,

sistere alla compilazione di un decreto del Senato si designava una commissione di Senatori, la quale era composta d' ordinario di quei membri del Senato che avevano interesse alla cosa decretata o erano amici della persona, a cui il decreto accordava qualche utile, onore ecc. I nomi di questi Senatori si scrivevano in capo al decreto, e si chiamavano le *auctoritates praescriptae*.

Haec. Questo genere.

Ep. 46. Da Capua, dove erano convenuti gli aderenti di Pompeo, per discutere le proposte di Cesare, nel febbraio dell'anno 705. Cic. narra a Tirone gli avvenimenti che tennero dietro al passaggio del Rubicone, e che Cesare racconta nel primo libro della Guerra civile.

1. *bonorum.* Ha senso politico.

vel dirip. vel infl. La paura e lo spirito di parte lo faceva esagerare: chè Cesare non pensava a nulla di simile.

2. *improbis.* Unico esempio, in Cicer., di *invadere* col dat. Come si costruisce per solito?

vides. Feruntur omnīno condiciones ab illo, ut Pompeius eat in Hispaniam, dilectus, qui sunt habiti, et praesidia nostra dimittantur; se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniāno — his enim obtigerunt — traditurum; ad consulatus petitionem se venturum, neque se iam velle absente se rationem haberi suam: se praesentem trinum nundĭnum petiturum. Accepimus condiciones, sed ita, ut removeat praesidia ex iis locis, quae occupavit, ut sine metu de his ipsis condicionibus Romae senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honestae 4 — leges enim imponuntur —, sed quidvis est melius quam sic esse ut sumus. Sin autem ille suis condicionibus stare noluerit, bellum paratum est, eius modi tamen, quod sustinere ille non possit, praesertim

3. *Feruntur... condiciones.* Il 1° gennaio Cesare aveva chiesto, che tutti, non eccettuato Pompeo, licenziassero gli eserciti; ora (25 genn.) s'accontentava di meno. I Pompeiani accettarono (in Capua, il 27), ma ponendo per condizione che Cesare sgomberasse le città occupate e tornasse nella sua provincia prima che essi stessi facessero quello che egli domandava. Vedi i Cap. 10 e 11 della Guerra civile, lib 1. Questa loro pretesa rendeva illusorio il patto, laonde Cesare ruppe le trattative.

ulteriorem... citeriorem = *transalpinam... cisalpinam.*

absente se. Nota che il soggetto dell'ablativo assoluto ricorre (contro i precetti della grammatica regolare) anche nella propos. principale. Con questa licenza grammaticale, non infrequente in Cesare e in Cicerone, l'ablat. assoluto viene energicamente contrapposto alla principale.

rationem hab. suam. Aver riguardo a lui, pigliare in considerazione la sua domanda, cioè: permettergli di domandare il consolato, quantunque assente. Nota che il possessivo tien luogo d' un genitivo oggettivo.

trinum nundinum. Sostantivo neutro, che in origine era un genitivo plurale, e significa lo spazio di tempo compreso fra tre giorni di mercato (*nundinae*), ossia giorni 17, perchè il mercato ricorreva una volta alla settimana, e la settimana romana era di 8 giorni. Tutto ciò che si proponeva al popolo doveva essergli annunziato (*promulgare*) 17 giorni prima. *Nundinae* è per *novendinae,* e vuol

cum a suis condicionibus ipse fugerit, tantum modo ut eum intercludamus, ne ad urbem possit accedere; quod sperabamus fieri posse. Dilectus enim magnos habebamus putabamusque illum metuĕre, si ad urbem ire coepisset, ne Gallias amitteret, quas ambas habet inimicissimas praeter Transpadānos, ex Hispaniaque sex legiones et magna auxilia Afranio et Petreio ducibus habet a tergo: videtur, si insaniet, posse opprĭmi, modo ut urbe salva. Maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labiēnus, socius sceleris esse noluit: relīquit illum et est nobiscum, multique idem facturi esse dicuntur.
5 Ego adhuc orae maritimae praesum a Formiis. Nullum maius negotium suscipere volui, quo plus apud illum meae litterae cohortationesque ad pacem valerent. Sin autem erit bellum, video me castris et certis legionibus praefuturum. Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Caesărem est. Haec tibi nota esse volui; quae cave ne te perturbent et impediant vale-
6 tudinem tuam. Ego A. Varrōni, quem cum amantissimum mei cognovi, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime te commendavi, ut et valetudinis tuae rationem haberet et navigationis et totum te susciperet ac tueretur; quem omnia facturum confido: recēpit

dire il nono giorno, perchè i Romani comprendevano nei loro computi anche il termine *a quo.* Cfr. S. S. L. 58a, 3.

4. *tantum modo ut.* Purchè; solo che il cielo ne conceda di ecc. E nello stesso senso è da pigliare il *modo ut* che segue più innanzi.

Dilectus ecc. Si riferisce al superiore *eiusmodi... possit.*

Transpadanos. A cui Cesare aveva promessa la cittadinanza Romana, che poi diede loro quando fu fatto dittatore. I Cispadani l'avevano già avuta da Silla.

T. Lab. Il più valente dei luogotenenti di Cesare durante le campagne di Gallia. Cesare gli mandò a restituire tutti i suoi denari e le sue robe.

5. *illum.* Cesare.

6. *A. Varroni.* Aulo Terenzio Varrone, amico di Cicer., che allora si trovava probabilmente in Grecia.

recepit. Se ne assunse l'in-

enim et mecum locutus est suavissime. Tu, quoniam eo tempore mecŭm esse non potuisti, quo ego maxime operam et fidelitatem desideravi tuam, cave festīnes aut committas, ut aut aeger aut hiĕme naviges: numquam sero te venisse putabo, si salvus veneris. Adhuc neminem videram, qui te postea vidisset, quam M. Volusius, a quo tuas litteras accepi; quod non mirabar: neque enim meas puto ad te litteras tanta hieme perferri. Sed da operam, ut valeas, et, si valebis, cum recte navigari poterit, tum naviges. Cicĕro meus in Formiāno erat, Terentia et Tullia Romae. Cura, ut valeas. IV. Kalendas Febr. Capua.

47.

CICERO F. TIRONI SUO DULCISSIMO S.

Cum vehementer tabellarios exspectarem quotidie, a- 1
liquando venerunt post diem XL. et VI. quam a vobis discesserant; quorum mihi fuit adventus optatissimus. Nam, cum maximam cepissem laetitiam ex humanissimi et carissimi patris epistula, tum vero iucundissimae tuae litterae cumulum mihi gaudii attulerunt. Itaque me iam non paenitebat intercapedĭnem scribendi fecisse, sed potius laetabar: fructum enim magnum humanitatis tuae capiebam ex silentio mearum litterarum. Vehementer igitur gaudeo te meam sine dubitatione accepisse

carico; me lo promise. Cfr. la nota all' Ep. 21.

Ep. 47. Da Atene, l' anno 710. Il giovane Marco Tullio Cicerone (*Cicero filius*) aveva, quando scrisse questa lettera a Tirone, 21 anni, e attendeva in Atene a perfezionarsi negli studi. In sulle prime tenne una condotta non troppo lodevole, ma poi se ne pentì, come dice anche nella presente Epistola.

1. *XL. et VI.* = *quadragesimum et sextum* = quarantasei giorni dopo, probabilmente a cagione del mal tempo.

fructum enim ecc. Poichè il mio silenzio mi fruttò una tua cortesissima lettera.

2 excusationem. Gratos tibi optatosque esse, qui de me
rumores afferuntur, non dubito, mi dulcissime Tiro,
praestaboque et enītar, ut in dies magis magisque haec
nascens da me duplicetur opinio. Qua re quod pol-
licēris te buccinatorem fore existimationis meae, firmo
id constantique animo facias licet: tantum enim mihi
dolorem cruciatumque attulerunt errata aetatis meae,
ut non solum animus a factis, sed aures quoque a
commemoratione abhorreant. Cuius te sollicitudinis et
doloris participem fuisse notum exploratumque est mihi;
nec id mirum. Nam cum omnia mea causa velles
mihi successa, tum etiam tua: socium enim te meorum
3 commodorum semper esse volui. Quoniam igitur tum
ex me doluisti, nunc ut duplicetur tuum ex me gaudium,
praestabo. Cratippo me scito non ut discipulum, sed
ut filium esse coniunctissimum: nam cum audio il-
lum libenter, tum etiam propriam eius suavitatem ve-
hementer amplector. Sum totos dies cum eo noctisque
saepe numero partem: exōro enim, ut mecum quam
saepissime cenet. Hac introducta consuetudine saepe
inscientibus nobis et cenantibus obrēpit sublataque seve-
ritate philosophĭae humanissime nobiscum iocatur. Qua
re da operam, ut hunc talem, tam iucundum, tam ex-
4 cellentem virum videas quam primum. Nam quid ego
de Bruttio dicam, quem nullo tempore a me patior
discedere? Cuius cum frugi severaque est vita, tum
etiam iucundissima convictio: non est enim seiunctus
iocus a φιλολογίᾳ et cotidiana συζητήσει. Huic ego

2. *Gratos.... non dubito.* Come dovrebbe dire seguendo la sintassi regolare?

facias licet = *facere potes.*

velles. Molti critici sospettano che le voci *mihi successa* siano una glossa.

tum et. t. Sc. *voluisti.*

3. *Cratippo.* Filosofo peripatetico da Mitilene, che teneva scuola in Atene.

obrepit. Viene alla chetichella, inaspettato.

4. *Bruttio.* Costui insegnava la rettorica in Atene. Dal nome, si argomenta che fosse un Romano; ma di lui non sappiamo altro.

locum in proximo conduxi et, ut possum, ex meis angustiis illius sustento tenuitatem. Praeterea declami- 5
tare Graece apud Cassium institui; Latine autem apud Bruttium exerceri volo. Utor familiaribus et cotidianis convictoribus, quos secum Mitylēnis Cratippus adduxit, hominibus et doctis et illi probatissimis. Multum etiam mecum est Epicrătes, princeps Atheniensium, et Leonĭdes et horum ceteri similes. De Gorgia autem quod 6
mihi scribis, erat quidem ille in cotidiana declamatione utilis, sed omnia postposui, dum modo praeceptis patris parerem: διαρρήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim; tergiversari nolui, ne mea nimia σπουδὴ suspicionem ei aliquam importaret; deinde illud etiam mihi succurrebat, grave esse me de iudicio patris iudicare. Tuum tamen studium et consilium gratum ac- 7
ceptumque est mihi. Excusationem angustiarum tui temporis accipio: scio enim, quam soleas esse occupatus. Emisse te praedium vehementer gaudeo feliciterque tibi rem istam evenire cupio. Hoc loco me tibi gratulari noli mirari: eodem enim fere loco tu quoque emisse te fecisti me certiorem. Habes. Deponendae tibi sunt urbanitates: rusticus Romanus factus es. Quo modo ego mihi nunc ante oculos tuum iucundissimum conspectum propono? Videor enim videre ementem te rusticas res, cum vilĭco loquentem, in lacinia servantem ex mensa secunda semina. Sed quod ad rem pertĭnet,

5. *Cassium.* Anche per costui vale quanto abbiam detto di *Bruttius.*

6. *Gorgia.* Altro maestro di rettorica, di cui si diceva, che fosse anche maestro di costumi scorretti. Laonde Cicerone aveva ordinato espressamente (questo è il significato dell' avverbio greco) al figlio di licenziarlo.

mea nim. ecc. La mia troppa insistenza (di tenerlo a maestro).

ei. Sc. *Gorgiae.*

7. *Hoc loco.* In questo punto della mia lettera, mentre le congratulazioni sogliono stare in principio.

Habes. La è fatta; ci sei.

in lacinia. Nel tovagliolo, per seminarli. Questa descrizione di Tirone trasformato da cittadino

me tum tibi defuisse aeque ac tu doleo. Sed noli dubitare, mi Tiro, quin te sublevaturus sim, si modo fortuna me, praesertim cum sciam communem nobis
8 emptum esse istum fundum. De mandatis quod tibi curae fuit, est mihi gratum; sed peto a te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem Graecus: multum mihi enim erĭpitur operae in exscribendis hypomnemătis. Tu velim in primis cures, ut, valeas, ut una συμφιλολογεῖν possīmus. Anthērum tibi commendo. Vale.

48.

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Cum Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere, praemissis iam legionibus, praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem; etsi hoc et feci saepe et saepius mihi facturus videor: ita de me merēris. In primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te ibi videam, ut tuo consilio, gratia,

in campagnuolo è abbastanza vivace ed umoristica.

me tum tibi def. Forse Cicerone gli aveva promesso denari pel pagamento del fondo, e poi non potè mantenere la parola.

si m. f. me. Sc. *sublevarit.*

communem. Tirone aveva comperato un fondo in nome suo e del giovane Cicerone, ma con denari presi quasi tutti a prestito.

8. *mandatis.* Commissioni.

librarius. Uno scrivano.

hypomnematis. Le note prese durante le lezioni, chè poi gli conveniva ricopiare al netto.

operae = *laboris*, e, per naturale traslato: *temporis.*

Il verbo greco vale: discorrere insieme di studî, di cose erudite.

Ep. 48. Scritta da Cesare nell'anno 705, mentre marciava alla volta di Brindisi, sotto cui giunse il 9 di marzo. Pregar Cicerone di ritornare a Roma valeva quanto esortarlo ad abbandonare il partito di Pompeo.

Furnium. Era stato tribuno della plebe nel 50 av. Cr. ed aveva molto favorito Cicerone nell'affare della *supplicatio* per

dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum revertar: festinationi meae brevitatique litterarum ignosces; reliqua ex Furnio cognosces.

49.

CAESAR OPPIO, CORNELIO SAL.

Gaudeo mehercule vos significare litteris, quam valde 1
probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me praeberem, et Pompeium darem operam ut reconciliarem. Temptemus, hoc modo si possīmus omnium voluntates recuperare et diuturna victoria uti, quoniam relĭqui crudelitate odium effugere non potuerunt neque victoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum; haec nova sit ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. Id quem ad modum fieri possit, non nulla mihi in mentem veniunt et multa reperiri possunt. De his rebus rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. N. Magium, Pompeii 2
praefectum, deprehendi; scilĭcet meo instituto usus sum et eum statim missum feci. Iam duo praefecti fabrum

le vittorie di Cilicia; confronta Ep. 54.

omnium rerum = *in omnibus rebus.*

Ep. 49. Dell'anno 705. Di Caio Cornelio Balbo si è già fatta menzione alla lettera 39. C. Oppio era amico di Cesare, che si serviva molto di lui e di Balbo nelle sue private faccende. In antico esisteva una raccolta di lettere di Cesare a Balbo ed Oppio.

1. *apud Corfinium.* Come Cesare stesso narra ne' suoi libri della guerra civile, presa la città di Corfinio nel Piceno, lasciò liberi Domizio Enobardo ed altri suoi avversari politici.

L. Sullam. Vinto il partito Mariano, Silla usò della vittoria con molta crudeltà proscrivendo un gran numero di cittadini.

2. *N. Magium.* Numerio Magio (da Cremona) era *praefectus fabrum,* o sia capo del genio militare di Pompeo. Cesare lo mandò a Pompeo, che si trovava in Brindisi, con proposte di pace.

Pompeii in meam potestatem venerunt et a me missi sunt; si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus quam iis, qui et illi et mihi semper fuerunt inimicissimi, quorum artificiis effectūm est, ut res publica in hunc statum perveniret.

50.

CICERO IMP. S. D. CAESARI IMP.

1 Ut legi tuas litteras, quas a Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te velle uti consilio et dignitate mea, minus sum admiratus; de gratia et de ope quid significares, mecum ipse quaerebam, spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer, et ad eam rationem existimabam satis aptam esse et naturam et
2 personam meam. Quod si ita est et si qua de Pompeio nostro tuendo et tibi ac rei publicae reconciliando cura te attingit, magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem: qui et illi semper et senatui, cum primum potui, pacis auctor fui, nec sumptis armis belli ullam partem attĭgi, iudicavique eo

Ep. 50. Risposta all'Ep. 48. Scritta da Cic. nella villa di Formie, il 18 marzo 705.

1. *gratia et ope.* Influenza (politica e personale) ed aiuto in genere.

mecum ... quaer. Equivale a *satis non intellegebam.*

spe. Non tanto la speranza, quanto il desiderio.

personam. Questo sostantivo indica l'uomo dal punto di vista del carattere, della condizione, delle cariche, dell' età ecc. ed equivale al nostro modernissimo: individualità, e anche talvolta a personaggio. Nel senso latino usasi persona anche in italiano quando diciamo persona distinta, ammodo, e simili.

2. *de Pompeio tuendo.* Di conservare a Pompeo la posizione e la dignità di prima.

cum ... potui. Appena ritornato dalla provincia di Cilicia.

bello te violari, contra cuius honorem populi Romani beneficio concessum inimici atque invĭdi niterentur. Sed ut eo tempore non modo ipse fáutor dignitatis tuae fui, verum etiam ceteris auctor ad te adiuvandum, sic me nunc Pompeii dignitas vehementer movet. Aliquot enim sunt anni, cum vos duo delēgi, quos praecipue colĕrem et quibus essem, sicut sum, amicissimus. Quam ob rem a te peto vel potius omnibus 3
te precibus oro et obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim. Quae si tantum ad me ipsum pertinērent, sperarem me a te tamen impetraturum, sed, ut arbĭtror, et ad tuam fidem et ad rem publicam pertĭnet me ex paucis et ad utriusque vestrum et ad civium concordiam per te quam accommodatissimum conservari. Ego, cum antea tibi de Lentŭlo gratias egissem, quod ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses, tamen lectis eius litteris, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficioque misit, eandem me salutem a te accepisse putavi quam ille: in quem si me intellĕgis esse gratum, cura, obsĕcro, ut etiam in Pompeium esse possim.

honorem... concessum. Dal popolo era stato concesso a Cesare di poter chiedere il consolato senza venire a Roma.

aliquot ecc. Allusione all'anno 56 av. Cr., in cui Cic. si era mostrato devotissimo agli uomini del primo triumvirato, più che per altro, per paura di Clodio.

3. *bonus vir.* Un uomo d'onore.

maximi ben. Pompeo (più per riguardi politici che per amore di Cicer.) era stato il principale autore del suo richiamo.

ad tuam fidem. Alla tua lealtà: chè Cesare aveva sovente espresso il desiderio di una riconciliazione.

me... conservari. Ch'io sia mantenuto in una posizione neutrale, sì che possa far da paciere. Quindi: non insistere per ora che io vada a Roma, perchè questo sarebbe un distaccarmi affatto da Pompeo.

Lentulo. P. Cornelio Lentulo Spintére. Era stato preso da Cesare in Corfinio, e poi rimesso in libertà. Sotto il consolato suo Cic. era stato richiamato dall'esilio.

51.

CICERO ATTICO SAL.

1 Cum quod scriberem ad te nihil haberem, tamen, ne quem diem intermitterem, has dedi litteras. A. d. VI. Kal. Caesarem Sinuessae mansurum nuntiabant. Ab eo mihi litterae reddĭtae sunt a. d. VII. Kalend., quibus iam 'opes' meas, non, ut superioribus litteris, 'opem' exspectat. Cum eius clementiam Corfiniensem illam per litteras collaudavissem, rescripsit hoc exemplo:

'CAESAR IMP. CICERONI IMP. SAL. DIC.

2 Recte auguraris de me — bene enim tibi cognitus sum — nihil a me abesse longius crudelitate. Atque ego cum ex ipsa re magnam capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho gaudio. Neque illud me movet, quod ii, qui a me dimissi sunt, discessisse dicuntur, ut mihi rursus bellum inferrent: nihil enim malo quam et me mei similem esse et illos sui. Tu velim mihi ad urbem praesto sis, ut tuis consiliis

Ep. 51. Dalla villa di Formie, nel marzo 705.

1. *Sinuessae.* Città nel Lazio; ora rovine presso Rocca di Mandragone. Cesare, non essendogli riuscito di prender Pompeo, che aveva fatto vela da Brindisi con tutte le sue forze, ritornava a Roma per la via di Benevento, Capua e Sinuessa.

opes... opem. Vedi Ep. 48. Tra il plurale ed il singol. c'è veramente diversità di senso; ma è probabile che Cesare non la guardasse, in quei momenti, così al sottile come Cicerone.

2. Segue la copia della lettera di Cesare, inclusa, come si direbbe ora, nella precedente. — *ipsa re... meum factum.* Indicano l'uno e l'altro il perdono e la libertà accordata da Cesare a Lentulo, Domizio Enobarbo ed altri Pompeiani.

atque opibus, ut consuevi, in omnibus rebus utar. Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius. Hanc adeo habebo gratiam illi: neque enim aliter facere poterit: tanta eius humanitas, is sensus, ea in me est benevolentia.'

52.

SERVIUS CICERONI S.

Etsi scio non iucundissimum me nuntium vobis al- 1
laturum, tamen, quoniam casus et natura in nobis dominatur, visum est faciendum, quoquo modo res se haberet, vos certiores facere. A. d. x. Kal. Iun. cum ab Epidáuro Piraeum navi advectus essem, ibi Marcellum, collegam nostrum, convēni eumque diem ibi consumpsi, ut cum eo essem. Postero die cum ab eo digressus essem eo consilio, ut ab Athēnis in Boeotiam irem reliquamque iurisdictionem absolverem,

3. *Dolabella*. V. Ep. 32 Introd. Dolabella s'era buttato al partito di Cesare sperando di rimediare a' suoi grandissimi debiti.

Hanc... gratiam. Equivale ad *huius rei gratiam*. Cesare intende dire che, non potendosi credere che Dolabella non fosse per esortare il suocero a recarsi a Roma, gli avrà obbligo anche di questo. Ma Cicerone non volle muoversi.

Ep. 52. Dell'anno 709. Servio annunzia a Cic. la morte di M. Claudio Marcello, che, perdonato da Cesare, era in viaggio per ritornare da Atene in Italia.

1. *casus et natura*. Siamo ogni momento esposti a morire di morte violenta o naturale.

certiores facere. L' infinito dipende da *visum est faciendum*, a cui tuttavia segue più regolarmente *ut* e il soggiunt. Altri omettono *faciendum*.

collegam. Era stato suo collega nel consolato, l'anno 51. Cfr. Ep. 19.

ab Ath. Dopo essermi fermato in Atene.

iurisdictionem. I governatori delle provincie (S. Sulpicio reggeva l' Acaia, ossia la Grecia) dovevano tratto tratto percorrerle per tenervi certe assemblee (*conventus agere*), in cui amministravano la giustizia e sbrigavano altri affari di loro competenza.

ille, ut aiebat, supra Malēas in Italiam versus navi-
2 gaturus erat. Post diem tertium eius diei, cum ab Athenis proficisci in animo haberem, circiter hora decima noctis P. Postumius, familiaris eius, ad me venit et mihi nuntiavit M. Marcellum, collegam nostrum, post cenae tempus a P. Magio Cilōne, familiare eius, pugione percussum esse et duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem; sperari tamen eum vivere posse; Magium se ipsum interfecisse postea; se a Marcello ad me missum esse, qui haec nuntiaret et rogaret, uti medicos. Coēgi et e vestigio eo sum profectus prima luce. Cum non longe a Piraeo abessem, puer Acidīni obviam mihi venit cum codicillis, in quibus erat scriptum paulo ante lucem Marcellum diem suum obisse. Ita vir clarissimus ab homine deterrimo acerbissima morte est affectus, et, cui inimici propter dignitatem pepercerant, inventus
3 est amicus, qui ei mortem offerret. Ego tamen ad tabernaculum eius perrexi: inveni duos libertos et pauculos servos; reliquos aiebant profugisse metu perterritos, quod dominus eorum ante tabernaculum interfectus esset. Coactus sum in eadem illa lectica, qua ipse delatus eram, meisque lecticariis in urbem eum referre,

supra M. Girando il capo Malea (punta sud del Peloponneso).

2. *Post diem tertium.* Cfr. Ep. 46, 3, in fine.

hora decima n. Circa le 2 del mattino. La notte dei Romani era divisa in 12 ore, più o meno lunghe secondo la stagione.

cenae t. Vedi Ep. 42, 2.

secundum. Dietro.

uti medicos. Sc. *cogerem,* sottinteso dal seguente *coëgi.*

e vestigio. Cfr. *illico* (= *in loco*).

puer = *servus.*

Acidini. Pare che fosse un Romano, il quale dimorava in Atene per cagione di studio.

3. *metu pert.* Quando un Romano veniva ucciso in casa propria, era costume di mettere a morte tutti gli schiavi che in quel momento ci si trovavano. Quanto alla ragione per cui Marcello alloggiava in un *tabernaculum,* vedi l' Introduzione a questa Ep.

meisque lecticariis. I lettighieri son considerati come strumenti.

ibique pro ea copia, quae Athenis erat, funus ei satis amplum faciendum curavi. Ab Atheniensibus, locum sepulturae intra urbem ut darent, impetrare non potui, quod religione se impediri dicerent; neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. Nos in nobilissimo orbi terrarum gymnasio Academiae locum delegimus ibique eum combussimus, posteaque curavimus, ut eidem Athenienses in eodem loco monumentum ei marmoreum faciendum locarent. Ita, quae nostra officia fuerunt, pro collegio et pro propinquitate et vivo et mortuo omnia ei praestitimus. Vale. D. pr. Kal. Iun. Athenis.

53.

SERVIUS CICERONI S.

1 Postea quam mihi renuntiatum est de obitu Tulliae, filiae tuae, sane quam pro eo ac debui graviter molesteque tuli communemque eam calamitatem existi-

copia. Mezzi.

quod... dicerent. Non: perchè dicevano; ma: perchè la religione, come dicevano, lo vietava loro. Specie di attrazione. Era costume dei Romani di rispettare dappertutto le consuetudini e le credenze locali dei popoli a loro soggetti.

orbi. Forma di locativo.

Academiae. Dove aveva insegnato Platone.

collegium. L'astratto di *collega* (non in senso collettivo).

Ep. 53. Da Atene, l'anno 709. Servio (Sulpicio Rufo, confronta Ep. 19) consola Cicerone che aveva testè perduta la figliuola Tullia, morta nella villa Tusculana. L'oratore aveva fatto divorzio dalla moglie Terenzia, e sposata Publilia, ricca fanciulla, da cui presto si separò: con Tullia dunque eragli mancato l'ultimo conforto della famiglia, chè il figlio studiava in Atene, e con poca soddisfazione del padre.

1. *sane quam.* Incredibilmente. Questi due avverbî (formanti un concetto solo) non hanno influenza sulla sintassi.

pro eo ac d. Come era debito mio.

mavi, qui, si istic adfuissem, neque tibi defuissem coramque meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc consolationis miserum atque acerbum est, propterea quia, per quos ea confieri debet propinquos ac familiares, ii ipsi pari molestia afficiuntur neque sine lacrimis multis id conari possunt, uti magis ipsi videantur aliorum consolatione indigere quam aliis posse suum officium praestare, tamen quae in praesentia in mentem mihi venerunt, decrevi brevi ad te perscribere, non quo ea te fugere existimem, sed quod forsĭtan dolore im-
2 peditus minus ea perspicias. Quid est, quod tanto opere te commoveat tuus dolor intestinus? Cogita, quem ad modum adhuc fortuna nobiscum egerit: ea nobis erepta esse, quae hominibus non minus quam liberi cara esse debent, patriam, honestatem, dignitatem, honores omnes. Hoc uno incommodo addito quid ad dolorem adiungi potuit? Aut qui non in illis rebus exercitatus animus callēre iam debet atque omnia mi-
3 noris existimare? An illius vicem, credo, doles? Quotiens in eam cogitationem necesse est et tu veneris et nos saepe incidimus, hisce temporibus non pessime cum iis esse actum, quibus sine dolore licitum est mortem

neque... que. Raro in luogo di *neque... et.*

per quos... prop. ac fam. Nota la relativa preposta alla dimostrativa, il cui soggetto vien trasportato in essa relativa. Con ciò *ii ipsi* è posto in gran rilievo.

perspicias. Il cong. è voluto da *forsitan* = come io suppongo, ma come probabilmente non è.

2. *intestinus* = *domesticus.*

patriam... hon. omn. Quando Servio scriveva questa lettera, Cesare era all'apogeo della sua potenza. Console per la quarta volta senza collega, egli era partito alla volta della Spagna a combattervi i figli di Pompeo.

in illis rebus. Nella perdita delle cose dianzi nominate.

callere. Fare il callo.

3. *credo.* Ha senso ironico.

veneris... incidimus. Veneris dipende da *necesse est; incidimus* no; laonde abbiamo un leggiero anacoluto. Cicerone doveva di necessità averci pensato, conducendo, come faceva, una vita ritirata e dedita alla meditazione; a Servio, uomo d'affari, n'era venuto spesso il pensiero, ma come per caso.

non pessime... esse actum.

cum vita commutare? Quid autem fuit, quod illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare posset? Quae res? Quae spes? Quod animi solacium? Ut cum aliquo adulescente primario coniuncta aetatem gereret? Licitum est tibi, credo, pro tua dignitate ex hac iuventute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto committere putares! An ut ea liberos ex sese parĕret, quos cum florentes videret, laetaretur? Qui rem a parente traditam per se tenere possent? Honores ordinatim petituri essent? In re publica, in amicorum negotiis libertate sua usuri? Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, ademptum sit? 'At vero malum est liberos amittere.' Malum; nisi hoc peius est, haec sufferre et perpĕti. Quae res mihi non mediŏcrem con- 4
solationem attulit, volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi dolorem minuĕre possit. Ex Asia rediens, cum ab Aegīna Megăram versus navigarem, coepi regiones circumcirca prospicĕre. Post me erat Aegīna, ante me Megăra, dextra Piraeus, sinistra Corinthus; quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et dirŭta ante oculos iacent. Coepi

Che non ebbero peggior sorte di tutti coloro, i quali ecc.

sine dolore ecc. Morire di morte naturale, morire nel proprio letto.

Licitum est ecc. Ironia.

ex hac iuventute. Dall'odierna gioventù (nella quale c'era ben poco di buono). Nota l'astratto pel concreto, e avverti che *hac* si può risolvere nel genitivo *huius* accompagnato dal genitivo d'un sostantivo, che facilmente ricaverai dalla spiegazione che precede.

liberos tuos. Il plurale pel singolare, in senso generico, come noi: le tue creature, il tuo sangue, quantunque non alluda che alla sola Tullia.

rem. L'eredità materiale e morale.

per se = *sua industria.*

ordinatim. Secondo i gradi stabiliti dalle leggi.

libertate... usuri? Sc. *essent.* Allusione amara alla dominazione assoluta di Cesare.

4. *regiones circ.* L' avverbio tien luogo d'un aggettivo. Grecismo.

Megara. Era stata distrutta durante la guerra Mitridatica; *Aegina* quasi contemporaneamente data alle fiamme dai corsari; il Pireo era stato distrutto

egŏmet mecum sic cogitare: 'Hem! Nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppĭdūm cadavera proiecta iacent? Visne tu te, Servi, cohibēre et meminisse hominem te esse natum?' Crede mihi, cogitatione ea non mediocriter sum confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos tibi proponas: modo uno tempore tot viri clarissimi interierunt; de imperio populi Romani tanta deminutio facta est; omnes provinciae conquassatae sunt: in unius mulierculae animula si iactura facta est, tanto opere commoveris? Quae si hoc tempore non diem suum obisset, paucis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo
5 nata fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ac cogitationem tuam avŏca atque ea potius reminiscĕre, quae digna tua persona sunt: illam, quam diu ei opus fuerit, vixisse; una cum re publica fuisse; te, patrem suum, praetorem, consulem, augurem vidisse; adulescentibus primariis nuptam fuisse: omnibus bonis prope perfunctam esse; cum res publica occideret, vita excessisse. Quid est, quod tu aut illa cum fortuna hoc nomine queri possītis? Denĭque noli te oblivisci Ciceronem esse et eum, qui aliis consuēris praecipere et dare consilium, neque imitari malos medicos, qui in alienis morbis profitentur tenere se medicinae scientiam, ipsi se curare non possunt; sed potius, quae aliis tute

da Silla, e Corinto dal console Mummio.

Visne. Il *ne* ha senso di *nonne.*

modo. A Farsaglia ed in altri combattimenti tra Cesariani e Pompeiani.

imperio. Intendi il prestigio, non la potenza effettiva.

mul. an. Il primo diminutivo esprime debolezza, il secondo cerca di attenuare la perdita fatta da Cicerone.

homo. Mortale. Che cosa c'è da osservare sulla concordanza?

5. *tua persona.* Della tua dignità. Cfr. Ep. 50 § 1.

una... fuisse = *vixisse.* Morì col morire della libertà.

hoc nomine. Per questo conto, per questo titolo. Frase traslata dalla computisteria.

neque imitari. Retto dal concetto positivo corrispondente a *noli.* Altri leggono *imitare.*

praecipere soles, ea tute tibi subĭce atque apud animum propone. Nullus dolor est, quem non longinquitas 6
temporis minuat ac molliat: hoc te exspectare tempus tibi turpe est ac non ei rei sapientia tua te occurrere. Quod si qui etiam inferis sensus est, qui illius in te amor fuit pietasque in omnes suos, hoc certe illa te facere non vult. Da hoc illi mortuae; da ceteris amicis ac familiaribus, qui tuo dolore maerent; da patriae, ut, si qua in re opus sit, opera et consilio tuo uti possit. Denique, quoniam in eam fortuna devenimus, ut etiam huic rei nobis serviendum sit, noli committere, ut quisquam te putet non tam filiam quam rei publicae tempora et aliorum victoriam lugēre. Plura me ad te de hac re scribere pudet, ne videar prudentiae tuae diffĭdere: qua re, si hoc unum proposuero, finem faciam scribendi. Vidimus aliquotiens secundam pulcherrime te ferre fortunam magnamque ex ea re te laudem apisci: fac aliquando intellegamus adversam quoque te aeque ferre posse neque id maius, quam debeat, tibi onus videri, ne ex omnibus virtutibus haec una tibi videatur deesse. Quod ad me attĭnet, cum te tranquilliore animo esse cognōro, de iis rebus, quae hic geruntur, quemadmodumque se provincia habeat, certiorem faciam. Vale.

amor... pietas. Amor è quell'affezione che professiamo ad altri per nostro impulso; *pietas* quella a cui siam tenuti per obbligo morale.

hoc certe. Che tu aspetti conforto dal tempo.

huic rei. Anche in questo dobbiamo servire (a G. Cesare), che non ci è permesso di rammaricarci quanto vogliamo delle presenti condizioni politiche.

aliorum. Dei Cesariani.

aeque. Costantemente, virilmente.

54.

M. CICERO S. D. SER. SULPICIO.

1 Ego vero, Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuisses: quantum enim praesens me adiuvare potueris et consolando et prope aeque docendo, facile ex eo intellĕgo, quod litteris lectis aliquantum adquievi. Nam et ea scripsisti, quae levare luctum possent, et in me consolando non mediŏcrem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quae illi tempori tribui potuerunt, declaravit et quanti ipse me faceret et quam suum talem erga me animum tibi gratum putaret fore; cuius officia iucundiora scilĭcet saepe mihi fuerunt, nunquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum et societas paene aegritudinis, sed etiam auctoritas consolatur: turpe enim esse existimo me non ita ferre casum meum, ut tu, tali sapientia praeditus, ferendum putas. Sed opprĭmor interdum et vix resisto dolori, quod ea me solacia deficiunt, quae ceteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam et Q. Maxĭmus, qui filium consularem, clarum virum et magnis rebus gestis, amisit, et L. Paullus, qui duo septem diebus,

Ep. 54. Da Astura, nell' aprile del 709. Risposta di Cicerone alla lettera precedente.

1. *Ego vero.* Vedi Ep. 11, § 1.

potueris. Se la proposizione fosse indipendente, il verbo suonerebbe *potuisti*: pure in italiano dovrebbesi tradurre come si traduce *potueris*. Perchè?

S. tuus. S. tuo figlio.

iucundiora... gratiora. Iucundus vale: che fa piacere, che rallegra; *gratus:* che è caro.

Q. Max. Fabio Massimo il Temporeggiatore, che perdette il figlio nella seconda guerra Punica.

L. Paullus. L. Emilio Paolo, il vincitore di Perse. Perdette due figli, uno cinque giorni prima, un altro tre giorni dopo il trionfo.

et vester Galus et M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, iis temporibus fuerunt, ut eorum luctum ipsorum dignitas consolaretur ea, quam ex re publica consequebantur. Mihi autem amissis orna- 2
mentis iis, quae ipse commemŏras quaeque eram maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solacium, quod ereptum est. Non amicorum negotiis, non rei publicae procuratione impediebantur cogitationes meae; nihil in foro agere libebat; aspicere curiam non poteram; existimabam, id quod erat, omnes me et industriae meae fructus et fortunae perdidisse. Sed, cum cogitarem haec mihi tecum et cum quibusdam esse communia, et cum frangerem iam ipse me cogeremque illa ferre toleranter, habebam quo confugerem, ubi conquiescerem, cuius in sermone et suavitate omnes cura doloresque deponerem; nunc autem hoc tam gravi vulnere etiam illa, quae consanuisse videbantur, recrudescunt. Non enim, ut tum me a re publica maestus domus excipiebat, quae levaret, sic nunc domo maerens ad rem publicam confugere possum, ut in eius bonis adquiescam. Itaque et domo absum et foro, quod nec eum dolorem, quem e re publica capio, domus iam consolari potest, nec domesticum res publica. Quo magis te exspecto teque videre quam pri- 3
mum cupio: maior mihi levatio afferri nulla potest quam coniunctio consuetudinis sermonumque nostrorum; quamquam sperabam tuum adventum — sic enim audiebam — appropinquare. Ego autem cum multis

Galus. C. Sulpicio (perciò *vester*) Galo, nel 168 tribuno nell'esercito di Paolo. Conquistò i Liguri.

2. *illud sol.* Tullia.

amic. negot. Le occupazioni del foro.

impediebantur. Dal pensare alla libertà perduta, al che allude anche il seguente *a re p. maestum.*

3. *quamquam.* Si rannoda al superiore *teque... cupio*: quantunque io possa esser certo che il mio desiderio sarà soddisfatto ecc. Servio doveva ritornar presto dal governo della provincia d' Acaia.

de causis te exopto quam primum videre, tum etiam, ut ante commentemur inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unius voluntatem accommodandum et prudentis et liberalis et, ut perspexisse videor, nec a me alieni et tibi amicissimi. Quod cum ita sit, magnae tamen est deliberationis, quae ratio sit ineunda nobis, non agendi aliquid, sed illius concessu et beneficio quiescendi. Vale.

55.

CICERO CASSIO S.

1 Auget tuus amicus furorem in dies: primum in statua, quam posuit in rostris, inscripsit PARENTI OPTIME MERITO, ut non modo sicarii, sed iam etiam parricidae iudicemini — quid dico, iudicemini? — iudicemur potius: vestri enim pulcherrimi facti ille furiosus me principem dicit fuisse. Utinam quidem fuissem! molestus nobis non esset. Sed hoc vestrum est; quod quoniam praeteriit, utinam haberem quid vobis darem consilii! Sed ne mihi quidem ipsi reperio quid faciendum sit. Quid enim est, quod contra vim sine vi fieri possit?
2 Consilium omne autem hoc est illorum, ut mortem Caesaris persequantur. Itaque a. d. VI. Non. Octobr.

ante. Prima di tornare a Roma.

traduc... hoc t. Come dobbiam contenerci durante ecc.

unius. Cesare.

Quod c. ita s. Malgrado queste sue buone disposizioni.

Ep. 55. Da Roma, l'anno 710, dopo l'uccisione di Cesare.

1. *tuus am.* Ironia per indicare M. Antonio. Ucciso Cesare, i congiurati si erano (apparentemente) riconciliati coi partigiani del dittatore, e Cassio era stato invitato a cena da Antonio.

mol. nob. non esset. In parecchie lettere Cicerone va dicendo che, se egli avesse appartenuto alla congiura, avrebbe ammazzato anche Antonio. Ma questo era un far pompa del senno di poi.

productus in contionem a Cannutio, turpissime ille quidem discessit, sed tamen ea dixit de conservatoribus patriae, quae dici deberent de proditoribus; de me quidem non dubitanter, quin omnia de meo consilio et vos fecissetis et Cannutius faceret. Cetera cuius modi sint, ex hoc iudica, quod legato tuo viaticum eripuerunt. Quid eos interpretari putas, cum hoc faciunt? Ad hostem scilicet portari. O rem miseram! Dominum ferre non potuimus; conservo servimus. Et tamen me quidem favente magis quam sperante etiam nunc residet spes in virtute tua. Sed ubi sunt copiae? De reliquo malo te ipsum tecum loqui quam nostra dicta cognoscere. Vale.

56.

CICERO DOLABELLAE CONSULI SUO S.

Etsi contentus eram, mi Dolabella. gloria tua satisque ex ea magnam laetitiam voluptatemque capiebam, 1

2. *turpissime... discessit.* Vi fece una meschinissima figura. Cannuzio, che era tribuno della plebe e partigiano degli aristocràtici, gli aveva dato sulla voce.

non dubitanter, quin. Ellissi del verbo, facile a supplire.

legato. Il luogotenente di Cassio, che era proconsole della Siria. I partigiani di Antonio gli avevano tolto l'assegno per le spese di viaggio.

Quid... interpretari. Come credi tu che la intendano ecc.

ad h... portari. Par che significhi: Che egli (il *legatus*) se ne va al nemico (Cassio). Ma il luogo non è chiaro, e forse la lezione è guasta.

dominum. Cesare.

conservo. Antonio.

Ep. 56. Dalla villa di Pompei, le none di maggio dell'anno 710. Un greco di nome Erofilo, che poi si fece chiamare Amazio, e quindi C. Mario, spacciandosi per nipote del gran Mario, innalzò nel foro (aprile 710), sul luogo della pira di Cesare, un altare per sacrificargli come ad un Dio. Antonio lo fece mettere a morte, ma l'altare rimase, e vi fu aggiunta una colonna coll' epigrafe 'Al padre della patria'. Dolabella, console successo a Cesare, quantunque non aderisse per nulla al partito degli aristocratici, approfittò dell'as-

tamen non possum non confiteri cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Neminem convēni — convenio autem cotidie plurimos : sunt enim permulti optimi viri, qui valetudinis causa in haec loca veniant, praeterea ex municipiis frequentes necessarii mei —, quin omnes, cum te summis laudibus ad caelum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agant. Negant enim se dubitare, quin tu meis praeceptis et consiliis obtempĕrans praestantissimum te civem et singularem consulem prae-
2 beas. Quibus ego quamquam verissime possum respondere te, quae facias, tuo iudicio et tua sponte facere, nec cuiusquam egēre consilio, tamen neque plane assentior, ne imminuam tuam laudem, si omnis a meis consiliis profecta videatur, neque valde nego — sum enim avidior etiam quam satis est glōriae — ; est tamen

senza di Antonio, che si trovava in Campania, per fare abbattere la colonna e l'altare, e disperdette a viva forza il popolo che si opponeva. Alla nuova di questi fatti, Cicerone, colla sua solita credulità, sperò che Dolabella facesse davvero, e che ne potesse nascere scissura tra lui e Antonio, con rovina di quest' ultimo. Lasciati quindi da banda i vecchi rancori, gli scrisse questa lettera di lode. Ma poco dopo Antonio, il quale aveva ben capito che Dolabella voleva denari, lo condusse a diversi pensieri assegnandoli una somma sui tesori lasciati da Cesare.

1. *Nemin. conveni — convenio autem* ecc. Nota che la prima parte della parentesi (*convenio... plurimos*) tien luogo d'una doppia espressione relativa : nessuno di quelli con cui mi trovo, che son moltissimi.

in haec loca. Ai bagni di Baia; cfr. Ep. 32 § 1. Cicerone scrive dalla villa di Pompei.

omnes. Richiama, dopo la lunga parentesi, il *Neminem*, con cui incomincia il periodo. Del resto *omnes* è, si può dire, la risultante di *Neminem conveni, quin.*

2. *et tamen.* Unisce al primo (*sum enim avidior* ecc.) un secondo motivo che lo induceva a non negare affatto che egli avesse parte nella condotta di Dolabella. L'unione è ellittica, ed importa: ma, se questo non bastasse, c' è un secondo motivo ecc. Questo secondo motivo è poi bimembre, cioè è espresso prima dal punto di vista di Dolabella, poi da quello di Cicerone (*mihi vero* ecc.).

non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnŏni,
regum regi, fuit honestum, habere aliquem in consiliis
capiendis Nestŏrem; mihi vero gloriosum te iuvenem
consulem florēre laudibus quasi alumnum disciplinae
meae. L. quidem Caesar, cum ad eum aegrōtum Nea- 3
pŏlim venissem, quamquam erat oppressus totius cor-
poris doloribus, tamen, ante quam me plane salutavit,
'O mi Cicĕro,' inquit, 'gratŭlor tibi, cum tantum vales
apud Dolabellam, quantum si ego apud sororis filium
valerem, iam salvi esse possemus. Dolabellae vero tuo
et gratulor et gratias ago; quem quidem post te con-
sulem solum possumus vere consulem dicere.' Deinde
multa de facto ac de re gesta; tum nihil magnificentius,
nihil praeclarius actum unquam, nihil rei publicae
salutarius. Atque haec una vox omnium est. A te 4
autem peto, ut me hanc quasi falsam hereditatem alie-
nae gloriae sinas cernĕre, meque aliqua ex parte in
societatem tuarum laudum venire patiare. Quamquam,
mi Dolabella — haec enim iocatus sum —, libentius
omnes meas, si modo sunt aliquae meae, laudes ad te

te iuv. consulem. Cesare, disegnando andare contro i Parti, aveva indicato come suo successore nel consolato pel 44 Dolabella, sebbene costui non avesse coperta la pretura nè raggiunta l'età prescritta dalla legge.

3. *L. Caesar.* Fratello di Giulia, madre di Antonio. Fu console nel 64. Concluso il secondo triumvirato, Antonio lo sagrificò al risentimento di Ottaviano, che in compenso gli abbandonò la vita di Cicer. Ciò non ostante L. Cesare fu salvo per la devozione della sorella.

cum. Dopo *gratulor, gratias ago, laudo,* è sinonimo di *quod.*

de re gesta. In una sua lettera ad Attico, Cicerone le chiama azioni eroiche. In che cosa consistessero, vedi all' Introduzione.

tum. Questa particella si usa propriamente ad aggiungere un giudizio fondato sul contesto precedente. Non essendone qui il caso, alcuni editori la lasciano o la cambiano in *tua.*

cernere. Espressione legale per: adire, accettare (*hereditatem adeo cernoque*).

4. *iocari.* Dir per ischerzo. Cfr. *defendere,* dire in difesa; *increpare* e *accusare,* dire in tuono di rimprovero.

transfuderim, quam aliquam partem exhauserim ex tuis.
Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu
intellegere potuisti, tum his tuis factis sic incensus sum,
ut nihil unquam in amore fuerit ardentius: nihil est
enim, mihi crede, virtute formosius, nihil pulchrius, nihil
5 amabilius. Semper amavi, ut scis, M. Brutum propter
eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem
probitatem atque constantiam: tamen Idibus Martiis
tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse
augendi in eo, quod mihi iam pridem cumulatum etiam
videbatur. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem
erga te habebam, posse aliquid accedĕre? Tantum ac-
cessit, ut mihi nunc denique amare videar, antea di-
6 lexisse. Qua re quid est, quod ego te horter, ut di-
gnitati et gloriae servias? Proponam tibi claros viros,
quod facere solent qui hortantur? Neminem habeo
clariorem quam te ipsum: te imitere oportet, tecum
ipse certes; ne licet quidem tibi iam tantis rebus ge-
7 stis non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio
non est necessaria; gratulatione magis utendum est:
contĭgit enim tibi quod haud scio an nemini, ut sum-
ma severitas animadversionis non modo non invidiosa,
sed etiam popularis esset et cum bonis omnibus tum
infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam
contigisset, gratularer felicitati tuae: sed contigit ma-
gnitudine cum animi tum etiam ingenii atque consilii:
legi enim contionem tuam. Nihil illa sapientius: ita

transfuderim... exhauserim. Da che cosa è tolta l'imagine?

cum... dilexerim. Con *cum*, correlativo di *tum*, è ammesso tanto il cong. che l'indic.

virtute. In senso Romano.

Id. Mart. Il giorno che fu ucciso Cesare.

5. *quem... habebam.* Espressione propria dello stile familiare.

amare... dilexisse. *Amare* importa affetto che vien dal cuore; *diligere* è invece affezione prodotta dalla stima.

6. *proponam.* Dipende anch'esso da *quod.*

7. *popularis.* Qui: grato al popolo; ma spesso vale anche: demagogico.

cont. In altro senso all' Epistola 55, 2.

pedetemptim et gradātim tum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur 8
et urbem periculo et civitatem metu, neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intellegĕre debes in te positam esse rem publicam, tibique non modo tuendos, sed etiam ornandos esse illos viros, a quibus initium libertatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem, ut spero. Tu, quoniam rem publicam nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias.

57.

CICERO TREBONIO S.

Quam vellem ad illas pulcherrimas epulas me Idi- 1
bus Martiis invitasses! Reliquiarum nihil haberemus. At nunc cum iis tantum negotii est, ut vestrum illud

accessus . . . recessus. L'accostarsi a poco a poco al tema e il discostarsene. La metafora è tolta dal flusso e riflusso del mare.

res ipsa. La situazione stessa.

8. *ad exemplum.* Pel futuro; perchè resterà come esempio da imitare.

illos viros. I congiurati.

spero. Sperava di potere, coll'appoggio di Dolabella, ritornare a Roma con altri ottimati.

conservas. Il presente esprime fiducia che Dol. continui nella via, in cui s'era messo. — Poco dopo Cic., di nuovo malcontento di Dolabella, scriveva ad Attico lagnandosi che non gli restituisse, malgrado le sue richieste, la dote della figlia.

Ep. 57. Da Roma, nel febbraio dell' anno 721. — Caio Trebonio fu tra i cospiratori più zelanti, sebbene Cesare gli conferisse il consolato nel 45. Morto Cesare, si recò in Asia come proconsole; Dolabella lo fece prigione a Smirne e lo mise a morte (43).

1. *pulch. ep.* Così chiama la congiura contro Cesare, e specialmente le Idi di Marzo.

reliq. nihil hab. Io avrei tolto di mezzo anche Antonio. Cfr. Ep. 55 § 1.

cum iis. Sc. *reliquiis,* o sia Antonio.

divinum in rem publicam beneficium non nullam habeat querellam. Quod vero a te, viro optimo, seductus est, tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis, interdum, quod mihi vix fas est, tibi subirascor: mihi enim negotii plus reliquisti uni quam praeter me omnibus. Ut enim primum post Antonii foedissimum discessum senatus haberi libere potuit, ad illum animum meum reverti pristĭnum, quem tu cum civi acerrimo, patre
2 tuo, in ore et amore semper habuisti. Nam cum senatum a. d. XIII. Kalendas Ianuarias tribuni plebis vocavissent, deque alia re referrent, totam rem publicam sum complexus, egique acerrime, senatumque iam languentem et defessum ad pristinam virtutem consuetudinemque revocavi magis animi quam ingenii viribus. Hic dies meaque contentio atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandae. Nec vero ipse postea tempus ullum intermīsi de re publica non co-
3 gitandi solum, sed etiam agendi. Quod nisi res urbanas actaque omnia ad te perferri arbitrarer, ipse perscriberem, quamquam eram maximis occupationibus impeditus. Sed illa cognosces ex aliis; a me pauca, et ea summātim. Habemus fortem senatum, consulares partim timidos, partim male sentientes. Magnum damnum factum est in Servio. L. Caesar optime sentit, sed,

habere quer. Dar motivo a lamenti; essere in qualche parte deplorevole. Cfr. *habere excusationem*, essere giustificabile.

seductus. Trebonio aveva condotto Antonio fuori del Senato, intanto che avveniva l'uccisione di Cesare.

Mihi... uni. Vedine la spiegazione nell'Ep. 55 § 1.

discessum. È spiegato nelle note al § 3.

2. *totam r. p.* Tutta la situazione politica. Allude alla sua terza orazione Filippica.

populo ... libertatis. A quel tempo di generale sfacelo politico, non poteva esser questione di popolo e di libertà, ma di partito e di potere, e l'uno e l'altro in senso non buono.

3. *actaque.* V. Ep. 27 § 1.

consulares. I senatori che avevano tenuta la carica di console.

Servio. Servio Sulpicio; vedi la lettera 53, che egli scrisse a Cicer. per consolarlo della perdita della figliuola Tullia.

quod avunculus est, non acerrimas dicit sententias. Consules egregii; praeclarus D. Brutus; egregius puer Caesar, de quo spero equidem reliqua. Hoc vero certum habeto, nisi ille veteranos celeriter conscripsisset, legionesque duae de exercitu Antonii ad eius se auctoritatem contulissent, atque is oppositus esset terror Antonio, nihil Antonium sceleris, nihil crudelitatis praeteriturum fuisse. Haec tibi, etsi audita esse arbitrabar, volui tamen notiora esse. Plura scribam, si plus otii habuero.

58.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DESIG.

Eo tempore Polla tua misit, ut ad te, si quid vellem, 1
darem litterarum, cum, quid scriberem, non habebam:

Nel 43 fu mandato con altri delegati ad Antonio, che assediava in Modena Decimo Bruto, ma cessò di vivere prima di giungervi. Su proposta di Cicerone gli furono fatti funerali a pubbliche spese, ed eretta una statua.

L. Caesar. Vedi Ep. 56 § 3. Distingui tra *avunculus* e *patruus.*

Consules. A. Irzio e Q. Vibio Pansa, che morirono nella battaglia di Modena (aprile 43).

egregius puer Caesar. Caio Ottavio (nato nel 63), figlio adottivo ed erede di Giulio Cesare. Perciò aveva preso il nome di Giulio Cesare Ottaviano. Questo *egregius puer* (che poi divenne l' imperatore Augusto) abbandonò nel 42 la vita di Cicerone alla vendetta di Antonio.

veteranos .... conscripsisset. Ottaviano, di sua propria autorità, spendendo ingenti somme, e col pretesto di opporsi ad Antonio, aveva assoldati e condotti a Roma molti dei veterani di Cesare. Oltre a ciò due legioni di Antonio passarono a lui, talchè questi, sgomentato, fuggì (novembre 44) nella Gallia Cisalpina.

Ep. 58. Da Roma, nel gennaio 711. Il 4 gennaio il Senato aveva (contro il parere di Cicerone, che consigliava la guerra immediata) stabilito di mandare ad Antonio una specie di *ultimatum* per mezzo dei consolari Servio Sulpicio Rufo, L. Pisone e L. Filippo. Cfr. Ep. 57 § 3. Bruto stava in Modena, assediatovi da Antonio.

1. *Polla. Valeria Paulla,* che ripudiò (dicono senza cagione)

omnia enim erant suspensa propter exspectationem legatorum; qui, quid egissent, nihildum nuntiabatur. Haec tamen scribenda existimavi: primum S. P. Q. R. de te laborare non solum salutis suae causa, sed etiam dignitatis tuae: admirabilis enim est quaedam tui nominis caritas amorque in te singularis omnium civium: ita enim sperant atque confidunt, ut antea rege, sic hoc tempore regno te rem publicam libera-
2 turum. Romae dilectus habetur totaque Italia, si hic dilectus appellandus est, cum ultro se offerunt omnes: tantus ardor animos hominum occupavit desiderio libertatis odioque diutinae servitutis. De reliquis rebus a te iam exspectare litteras debemus, quid ipse agas, quid noster Hirtius, quid Caesar meus, quod spero brevi tempore societate victoriae tecum copulatos fore. Reliquum est, ut de me id scribam, quod te ex tuorum litteris et spero et malo cognoscere, me neque deesse ulla in re neque unquam defuturum dignitati tuae.

59.

GALBA CICERONI S.

1 A. d. XVII. Kalend. Maias, quo die Pansa in castris Hirtii erat futurus, cum quo ego eram — nam ei ob-

il primo marito per sposarsi a Decimo Bruto.

misit. Spiega perchè sia costruito coll'*ut*.

quid scrib. Si dice tanto ***non habeo quid scribam*** che ***non habeo quod scribam***, ma in senso alquanto diverso. Il primo modo significa: non so che cosa scriverti (soggettivo); il secondo; non ho nulla da scriv. (oggettivo).

quaedam. Cfr. Ep. 37 § 2.

rege. Cesare.

regno. Di Antonio.

2. *hic*. Questa leva, cioè questa che si fa adesso. Come si dovrebbe tradurre se dicesse *is*?

Hirtius. S' era già mosso contro Antonio insieme con Ottaviano (*Caesar meus*), che un decreto del Senato aveva autorizzato a comandare l'esercito da lui assoldato.

Ep. 59. Dagli alloggiamenti sotto Modena, l'anno 711. Galba

viam processeram milia passuum centum, quo maturius veniret —, Antonius legiones eduxit duas, secundam et quintam trigesimam et cohortes praetorias duas, unam suam, alteram Silāni, et evocatorum partem. Ita obviam venit nobis, quod nos quattuor legiones tirōnum habere solum arbitrabatur. Sed noctu, quo tutius venire in castra possemus, legionem Martiam, cui ego praeesse solebam, et duas cohortes praetorias miserat Hirtius nobis. Cum equites Antonii apparuissent, con- 2
tineri neque legio Martia neque cohortes praetoriae potuerunt; quas sequi coepimus coacti, quoniam retinere eas non potueramus. Antonius ad Forum Gallorum suas copias continebat, neque sciri volebat se legiones habere; tantum equitatum et levem armaturam ostendebat. Postea quam vidit se invito legionem ire Pansa, sequi se duas legiones iussit tironum. Postea quam

vi racconta la battaglia di Modena, o, per dir meglio, di Castelfranco (*Forum Gallorum*) seguíta il 15 aprile tra i consoli Irzio e Pansa e M. Antonio. Lo stile alquanto trasandato tradisce la fretta, con cui la lettera fu scritta. Galba (bisnonno dell' imperatore Galba) aveva servito sotto Cesare nelle campagne di Gallia; poi, disgustatosi con lui perchè gli aveva negato il consolato, prese parte alla congiura delle Idi di Marzo.

1. *cum quo.* Il pronome non si riferisce a Irzio, ma a Pansa.

quintam trig. Raro in luogo di *quintam et trig.*

cohort. praet. Guardie del corpo del generale, che non contavano nelle legioni.

Silani. Mandato da Lepido, governatore della Gallia Narbonese, con istruzioni equivoche, aveva finito per congiungersi con Antonio.

evocatorum. Veterani emeriti, che i generali invitavano (*evocabant*) a riprendere servizio, concedendo loro speciali ricompense e privilegi.

tironum. Arruolati da Pansa.

duas cohortes praetor. Cioè quella di Galba e quella di Ottaviano.

2. *retin... non potueramus.* Questa legione odiava mortalmente Antonio perchè in Brindisi aveva fatto giustiziare molti de' suoi centurioni.

continebat. Antonio collocò le legioni e le coorti pretorie da una parte e dall'altra della via Emilia in un'imboscata, e non lasciava vedere che i cavalli e i fanti leggieri, per attirare Pansa.

angustias paludis et silvarum transiimus, acies est in-
3 structa a nobis duodecim cohortium. Nondum venerant legiones duae; repente Antonius in aciem suas copias de vico produxit et sine mora concurrit. Primo ita pugnatum est, ut acrius non posset ex utraque parte pugnari; etsi dexterius cornu, in quo ego eram cum Martiae legionis cohortibus octo, impetu primo fugaverat legionem xxxv. Antonii, ut amplius passus... ultra aciem, quo loco steterat, processerit. Itaque cum equites nostrum cornu circumire vellent, recipere me coepi, et levem armaturam opponere Maurorum equitibus, ne aversos nostros aggrederentur. Intĕrim video me esse inter Antoniānos, Antoniumque post me esse aliquanto. Repente equum immisi ad eam legionem tironum, quae veniebat ex castris, scuto reiecto. Antoniani me insĕqui; nostri pila coicĕre velle: ita nescio quo fato sum servatus, quod sum cito a nostris cognitus.
4 In ipsa Aemilia, ubi cohors Caesaris praetoria erat, diu pugnatum est. Cornu sinisterius, quod erat infirmius, ubi Martiae legionis duae cohortes erant et cohors praetoria, pedem referre coeperunt, quod ab equitatu

duod. cohortium. All'ala destra, 8 coorti della legione di Marte si trovavano a fronte della 35ª legione d' Antonio; al centro la coorte pretoria di Ottaviano combatteva colle due nemiche; all'ala sinistra, le due altre coorti della legione di Marte, unite alla coorte pretoria di Irzio, avevano per avversaria la 2ª legione.

3. *etsi.* Limita l'idea suggerita dalle parole antecedenti: così che l'esito sembrava incerto.

dexterius e *sinisterius* sono comparativi doppi, che in sostanza non differiscono dai semplici *dextrum* e *sinistrum.*

amplius passus. L'omissione di *quam,* senza cambiare il caso, è limitata agli aggettivi *maior, minor* ed agli avverbi *plus, minus, amplius.* Vedi le Grammatiche.

processerit. Perchè il perfetto, malgrado che il verbo reggente sia di tempo storico?

aversos. A spalle.

coicere. Sc. *in me.*

4. *Aemilia.* La via Emilia (costrutta nel 187 av. Cr. da M. Emilio Lepido nel suo primo consolato) conduceva da Rimini a Piacenza, passando per Bologna.

coeperunt. Concordato ad *sy-*

circumibatur, quo vel plurimum valet Antonius. Cum omnes se recepissent nostri ordines, recipere me novissimus coepi ad castra; Antonius tamquam victor castra putavit se posse capere; quo cum venit, complures ibi amisit, nec egit quicquam. Audita re Hirtius cum cohortibus viginti veteranis redeunti Antonio in sua castra occurrit copiasque eius omnes delevit fugavitque eodem loco, ubi erat pugnatum, ad Forum Gallorum; Antonius cum equitibus hora noctis quarta
se in castra sua ad Mutĭnam recepit; Hirtius in ea 5
castra rediit, unde Pansa exierat, ubi duas legiones reliquerat, quae ab Antonio erant oppugnatae. Sic partem maiorem suarum copiarum Antonius amisit veteranarum; nec id tamen sine aliqua iactura cohortium praetoriarum nostrarum et legionis Martiae fieri potuit. Aquilae duae, signa sexaginta sunt relata Antonii. Res bene gesta est. A. d. XVI. Kalendas Maias ex castris.

60.

M. CICERO S. D. D. BRUTO IMP. COS. DES.

Tres uno die a te accepi epistulas: unam brevem, 1
quam Flacco Volumnio dederas, duas pleniores, quarum

nesin con *cornu*. In questo primo scontro il console Pansa restò mortalmente ferito.

cum venit. Tien luogo del regolare *cum venisset*.

cum cohortibus viginti. Formavano la quarta e la settima legione.

5. *Hirtius... rediit*. L' ora tarda e la mancanza di cavalleria impedirono a Irzio di trar vantaggio dalla vittoria.

duas leg. Sc. *tironum*.

Aquilae. Insegne delle legioni.

signa. Insegne dei manipoli. In ogni legione ve n' erano trenta.

Res bene gesta est. Asindeto riassuntivo: Insomma la è andata bene.

Ep. 60. Da Roma, sulla fine di maggio del 711. — Bruto inseguiva da quasi un mese

alteram tabellarius T. Vibii attulit, alteram ad me misit Lupus. Ex tuis litteris et ex Graeceii oratione non modo non restinctum bellum, sed etiam inflammatum videtur. Non dubito autem pro tua singulari prudentia quin perspicias, si aliquid firmitatis nactus sit Antonius, omnia tua illa praeclara in rem publicam merita ad nihilum esse ventura: ita enim Romam erat nuntiatum, ita persuasum omnibus, cum paucis inermis, per-
2 territis metu, fracto animo fugisse Antonium. Qui si ita se habet, ut, quem ad modum audiebam de Graeceio, conflīgi cum eo sine periculo non possit, non ille mihi fugisse a Mutĭna videtur, sed locum belli gerendi mutasse. Itaque homines alii facti sunt; non nulli etiam queruntur, quod persecuti non sitis; opprĭmi potuisse, si celeritas adhibĭta esset, existimant. Omnino est hoc populi, maximeque nostri, in eo potissimum abuti libertate, per quem eam consecutus sit. Sed tamen providendum est, ne quae iusta querella esse pos-

Antonio, ma lentamente e senza profitto alcuno. In questa lettera Cicerone lo stimola a maggiore attività.

1. *Tres... epistulas.* In queste lettere, che ancora possediamo, Bruto dice di temere che Lepido possa congiungersi con Antonio, e si lagna dei giudizi che si facevano a Roma sulla sua condotta.

Flacco V. Flacco e Vibio erano luogotenenti di Bruto.

ex Gr. or. Di Gr. nulla sappiamo. *Oratione* si contrappone a *ex tuis litteris.*

ad nihilum. Nihilum è il nulla in astratto, laonde si dice ad *nihilum redigere,* ma invece: *ad nullam rem utilis.*

enim. Si riferisce a *restinctum* = e dico *restinctum* perchè ecc. In questo senso trovasi anche *quoniam.*

2. *ita se hab.* È così forte. Ad Antonio s'era unito Ventidio in Liguria.

aud. de = *aud. ex.*

non ille. Nota e spiega la collocazione del pronome.

alii. Nei giudizi che fanno di te.

persec. sitis. Sc. *eum* = *Antonium.*

hoc. È spiegato dall'infinito che segue, ed in italiano si tradurrà con un sostantivo astratto.

abuti libertate. Intendi: nei discorsi.

sit. Res se sic habet: is bellum confecerit, qui Antonium oppresserit. Hoc quam vim habeat, te existimare malo quam me apertius scribere.

Res se sic habet. Asindeto riassuntivo.

confecerit... oppresserit. Cfr. Ep. 29 § 2.

M. TULLI CICERONIS

EPISTULA AD QUINTUM FRATREM

MARCUS Q. FRATRI S.

1 Etsi non dubitabam, quin hanc epistulam multi nun-
1 tii, fama denique esset ipsa sua celeritate superatura,
tuque ante ab aliis auditurus esses annum tertium ac-
cessisse desiderio nostro et labori tuo, tamen existimavi

Ep. ad Q. F. Da Roma, nel 694, al fratello Quinto, governatore della provincia d'Asia (la quale comprendeva Misia, Ellesponto, Troade, Eolide, Ionia, Doride, Lidia, Caria e Frigia). Quinto Cicerone era stato chiamato a quel governo come propretore, nel 61 (693), ma in questo primo anno non vi aveva fatto buona prova a motivo del suo carattere estremamente irascibile e del poco tatto con cui sceglieva gli uomini di sua fiducia. Allora Marco fece in modo che il governo gli fosse prorogato anche pel seguente anno 62, a fine di dargli occasione a far meglio. Venuto lo scorcio del 62, il governo gli fu di nuovo prorogato per un terzo anno. Allora Marco gli scrisse questa lettera, che si può chiamare un piccolo trattato sul modo di amministrare una provincia, per consolarlo del sacrificio che gli toccava subire, e insieme esortarlo a far sì che l'amministrazione di questo terzo anno tornasse di gloria a lui ed alla loro famiglia. Lo stile della lettera tramezza tra l'epistolare e l'oratorio; gli avvertimenti al fratello sono presentati con somma arte sotto le forme più riguardose e più acconcie a non offendere la sua molta suscettibilità, senza che tuttavia perdano nulla della loro serietà e forza.

Sommario. Il Cap. 1 contiene: Annunzio della proroga del governo per un terzo anno. Giustificazione della propria condotta. Incoraggiamenti.

Cap. 1, 1. *denique.* Interrompendo in certo modo l'enumerazione col ridurla a due soli membri, si usa *denique,* che ha senso riassuntivo: in somma, in breve.

a me quoque tibi huius molestiae nuntium perferri oportēre. Nam superioribus litteris, non unis, sed pluribus, cum iam ab aliis desperata res esset, tamen tibi ego spem maturae decessionis afferebam, non solum, ut quam diutissime te iucunda opinione oblectarem, sed etiam quia tanta adhibebatur et a nobis et a praetoribus contentio, ut rem posse confĭci non diffidĕrem.
Nunc quoniam ita accidit, ut neque praetores suis opi- 2
bus neque nos nostro studio quicquam proficere possemus, est omnino difficile non graviter id ferre, sed tamen nostros animos maximis in rebus et gerendis et sustinendis exercitatos frangi et debilitari molestia non oportet. Et quoniam ea molestissime ferre homines debent, quae ipsorum culpa contracta sunt, est quiddam in hac re mihi molestius ferendum quam tibi: factum est enim mea culpa, contra quam te mecum et proficiscens et per litteras egeras, ut priore anno non succederetur. Quod ego, dum saluti sociorum consŭlo, dum impudentiae non nullorum negotiatorum resisto, dum nostram gloriam tua virtute augeri expĕto, feci non sapienter, praesertim cum id commiserim, ut ille
alter annus etiam tertium posset adducere. Quod quo- 3
niam peccatum meum esse confiteor, est sapientiae atque humanitatis tuae curare et perficere, ut hoc minus

unis. Rendi la ragione dell' uso del plurale di *unus*.

res. Sc. *matura decessio*. Chi usciva di carica *decedebat* (*ex* o *de provincia*), chi entrava in sua vece *succedebat* (*ei, qui decedebat*).

a praetoribus. Che instavano acciocchè rimanesse vacante il governo della provincia d'Asia (assai ricca), a fine di ottenerlo essi stessi.

2. *opibus*. Influenza.

contra quam. Altrimenti da quello che . . .

Quod ecc. Cicerone dice di avere insistito a Roma perchè fosse prorogato il governo a Quinto a fine di proteggere i provinciali (*socii*), rintuzzare l' avidità di certi ecc. Ma in fondo ciò significa: per dare agio a Quinto di far tutto questo molto meglio che non lo avesse fatto nel primo anno, e acquistarsi quella buona riputazione, che ancora in lui si desiderava.

sapienter a me provisum diligentia tua corrigatur. Ac si te ipse vehementius ad omnes partes bene audiendi excitaris, non ut cum aliis, sed ut tecum iam ipse certes, si omnem tuam mentem, curam, cogitationem ad excellentis in omnibus rebus laudis cupiditatem incitaris, mihi crede, unus annus addĭtus labori suo multorum annorum laetitiam nobis, immo vero etiam posteris
4 nostris affĕret. Quapropter hoc te primum rogo, ne contrăhas ac demittas animum, neve te obrui, tamquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas, contraque erĭgas ac resistas sive etiam ultro occurras negotiis. Neque enim eius modi partem rei publicae geris, in qua fortuna dominetur, sed in qua plurimum ratio possit et diligentia. Quod si tibi bellum aliquod magnum et periculosum administranti prorogatum imperium viderem, tremĕrem animo, quod eodem tempore esse intellegerem etiam fortunae potestatem in nos prorogatam.
5 Nunc vero ea pars tibi rei publicae commissa est, in qua aut nullam aut perexiguam partem fortuna tenet, et quae mihi tota in tua virtute ac moderatione animi posita esse videatur. Nullas, ut opīnor, insidias hostium, nullam proelii dimicationem, nullam defectionem sociorum, nullam inopiam stipendii aut rei frumentariae, nullam seditionem exercitus pertimescimus; quae persaepe sapientissimis viris acciderunt, ut, quem ad mo-

3. ***minus. sap.... provisum.*** Questa mia mancanza di previdenza.

ad omnes .... excitaris. Ti metterai con ogni impegno, con raddoppiata lena ad acquistarti lode sotto ogni rispetto. Contrarii di ***bene audire*** sono ***male*** o ***minus commode audire.***

4. ***contraque.*** Il ***que*** ha senso avversativo.

ultro occurras. Li vada, per dir così, a cercare tu stesso.

Neque enim. Val quanto ***non enim,*** ma lega più strettamente. E così dicasi di ***neque vero*** e ***neque tamen.***

eodem tempore. Sc. ***quam imperium.***

5. ***tenet... videatur.*** L' indicativo esprime realtà, il soggiuntivo (oltre che è cagionato dal concetto di conseguenza contenuto in ***et quae***) esprime un giudizio subiettivo dello scrittore.

dum gubernatores optimi vim tempestatis, sic illi for-
tunae impetum superare non possent. Tibi data est
summa pax, summa tranquillitas, ita tamen, ut ea dor-
mientem gubernatorem vel obruere, vigilantem etiam
delectare possit. Constat enim ea provincia primum 6
ex eo genere sociorum, quod est ex hominum omni
genere humanissimum, deinde ex eo genere civium, qui,
aut quod publicani sunt, nos summa necessitudine attin-
gunt, aut, quod ita negotiantur, ut locuplētes sint, nostri
consulatus beneficio se incolumes fortunas habere arbi-
trantur. 'At enim inter hos ipsos exsistunt graves con- 2
troversiae, multae nascuntur iniuriae, magnae contentio- 7
nes consequuntur.' Quasi vero ego id putem, non
te aliquantum negotii sustinere. Intellego permagnum
esse negotium et maximi consilii, sed memento con-
silii me hoc esse negotium magis aliquanto quam for-
tunae putare. Quid est enim negotii continere eos,
quibus praesis, si te ipse contineas? Id autem sit ma-
gnum et difficile ceteris, sicut est difficillimum: tibi
et fuit hoc semper facillimum, et vero esse debuit, cuius

6. *humanissimum.* Perchè le popolazioni, che abitavano la provincia d' Asia, erano tra le più civili. Cfr. Introd.

publicani. Appaltatori delle imposte, simili ai *fermiers généraux*, che esistevano in Francia prima della rivoluzione.

summa necessitudine. I pubblicani appartenevano, come Cicerone (che sempre difese i loro interessi), all'ordine equestre.

negotiantur. I *negotiatores* erano banchieri e speculatori che facevano affari in grande nelle provincie. — *n. consul. beneficio.* Cic. allude alla congiura di Catilina, da lui sventata.

Sommario. Il Cap. 2 contiene: Esortazione al disinteresse ed alla moderazione.

Cap. 2, 7. *At enim.* Introduce un'obiezione, e le conferisce allo stesso tempo significato causale. L'obiezione è poi idealmente attribuita a colui, al quale è rivolto il discorso = Ma tu dirai che la cosa non è tanto facile, poichè ecc. Nota la collocazione variata a chiasmo degli aggettivi, sostantivi e verbi.

Quasi vero. Argomentazione apagogica (*deductio ad absurdum*) mista d' ironia.

memento ecc. Si riferisce a quanto disse al § 3.

te ipse. Il contesto richiederebbe *ipsum* (perchè?), ma Ci-

natura talis est, ut etiam sine doctrina videatur moderata esse potuisse, ea autem adhibĭta doctrina est, quae vel vitiosissimam naturam excolĕre possit. Tu cum pecuniae, cum voluptati, cum omnium rerum cupiditati resistes, ut facis, erit, credo, periculum, ne imprŏbum negotiatorem, paulo cupidiorem publicanum comprimere non possis! Nam Graeci quidem sic te ita viventem intuebuntur, ut quendam ex annalium memoria aut etiam de caelo divinum hominem esse in
8 provinciam delapsum putent. Atque haec nunc non ut facias, sed ut te et facere et fecisse gaudeas, scribo: praeclarum est enim summo cum imperio fuisse in Asia triennium sic, ut nullum te signum, nulla pictura, nullum vas, nulla vestis, nullum mancipium, nulla forma cuiusquam, nulla condicio pecuniae, quibus rebus abundat ista provincia, ab summa integritate continentiaque
9 deduxerit. Quid autem reperiri tam eximium aut tam expetendum potest, quam istam virtutem, moderationem animi, temperantiam non latēre in tenebris neque esse abdĭtam, sed in luce Asiae, in oculis clarissimae provinciae atque in auribus omnium gentium ac nationum esse positam? Non itineribus tuis perterreri homines, non sumptu exhauriri, non adventu commoveri? Esse, quocumque veneris, et publice et privatim maximam laetitiam, cum urbs custodem, non tyrannum, domus hospitem, non expilatorem recepisse videatur?

cerone preferisce accordare il pronome col soggetto.

sine doctrina. Senza educazione.

credo. Ha senso ironico.

periculum, ne. Perchè non si può mai dire *periculum, ut?*

ut. Ha per correlativo *sic*, non *ita*.

8. *triennium*. Altri congetturano: *biennium*.

condicio pecuniae. Occasione di far denari.

9. *in luce Asiae*. Nel centro della vita dell'Asia; nella capitale dell'Asia.

itin.... perterreri. I viaggi dei governatori romani solevano riuscire gravosissimi ai contribuenti delle provincie, i quali erano obbligati a sostenerne le spese.

His autem in rebus iam te usus ipse profecto eru- 3
divit nequaquam satis esse ipsum has te habere vir- 10
tutes, sed esse circumspiciendum diligenter, ut in hac
custodia provinciae non te unum, sed omnes ministros
imperii tui sociis et civibus et rei publicae praestare
videare. Quamquam legatos habes eos, qui ipsi per
se habituri sint rationem dignitatis suae, de quibus ho-
nore et dignitate et aetate praestat Tubĕro, quem ego
arbĭtror, praesertim cum scribat historiam, multos ex suis
annalibus posse deligere, quos velit et possit imitari,
Allienus autem noster est cum animo et benevolentia
tum vero etiam imitatione vivendi. Nam quid ego de
Gratidio dicam, quem certo scio ita laborare de existi-
matione sua, ut propter amorem in nos fraternum etiam
de nostra laboret? Quaestorem habes non tuo iudicio 11
delectum, sed eum, quem sors dedit: hunc oportet
et sua sponte esse moderatum et tuis institutis ac prae-
ceptis obtemperare. Quorum si quis forte esset sordi-
dior, ferres eatĕnus, quoad per se neglegeret eas leges,
quibus esset adstrictus, non ut ea potestate, quam tu ad
dignitatem permisisses, ad quaestum uteretur. Neque

Sommario. I Cap. 3-4 contengono: Precetti sul modo con cui il governatore deve comportarsi coi magistrati a lui sottoposti e colle persone del suo seguito.

Cap. 3, 10. *praestare.* Garantire; far malleveria.

legatos. I *legati,* o sia luogotenenti del governatore, si nominavano dal senato, tenendo però conto dei desiderii di colui, al quale dovevano servire.

Tubero. Q. Elio Tuberone, amico di Cicerone.

Gratidio. Sembra che fosse congiunto di parentela con Cicerone.

11. *Quaestorem.* Il questore era il supremo magistrato finanziario della provincia, e per dignità veniva subito dopo il governatore. Da Silla in poi si eleggevano ogni anno 20 questori: due restavano in Roma sotto il nome di *quaestores urbani;* gli altri si dividevano per sorteggio tra le varie provincie.

per se ecc. In cose, di cui è responsabile egli stesso.

permisisses. Tanto questo congiuntivo che il precedente *esset* esprimono un caso puramente pensato, un' ipotesi, e i tempi storici la rappresentano

enim mihi sane placet, praesertim cum hi mores tan-
tum iam ad nimiam lenitatem et ad ambitionem incu-
buerint, scrutari te omnes sordes, excutere unum quem-
que eorum, sed, quanta sit in quoque fides, tantum
cuique committere. Atque inter hos eos, quos tibi
comītes et adiutores negotiorum publicorum dedit ipsa
res publica, dumtaxat finibus iis praestabis, quos ante
4 12 praescripsi. Quos vero aut ex domesticis convictio-
nibus aut ex necessariis apparitionibus tecum esse vo-
luisti, qui quasi ex cohorte praetoris appellari solent,
horum non modo facta, sed etiam dicta omnia prae-
standa nobis sunt. Sed habes eos tecum, quos possis
recte facientes facile diligere, minus consulentes existi-
mationi tuae facillime coërcēre; a quibus, rudis cum
esses, videtur potuisse tua liberalitas decĭpi: nam ut
quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios im-
prŏbos suspicatur: nunc vero tertius hic annus habeat
integritatem eandem, quam superiores, cautiorem etiam
13 ac diligentiorem. Sint aures tuae, quae id, quod au-
diunt, existimentur audire, non in quas ficte et simulate
quaestus causa insusurretur; sit anŭlus tuus non ut
vas aliquod, sed tamquam ipse tu; non minister aliē-

come impossibile, o sia difficilissima ad avverarsi.

hi mores. Gli attuali costumi.

ambitionem. È la condiscendenza soverchia verso i subalterni, allo scopo di cattivarsene il favore.

inter hos. Tra queste persone.

comites . . . negot. I luogotenenti ed il questore, che si contrappongono agli altri, di cui parla il § 12.

12. *ex domest. convict.* ecc. L'astratto pel concreto = *Quos vero aut domesticos convictores* (amici) *aut necessarios apparitores* (scrivani, interpreti, littori ed altri impiegati subalterni).

quasi. Aggiunge questo avverbio perchè la *cohors praetoria* era propriamente una istituzione militare.

rudis. Vale: nel primo anno del tuo governo.

13. *Sint aures* ecc. Credi a quel che odi tu stesso, non alle mormorazioni interessate.

anulus. Il sigillo.

vas al. Un arnese qualunque, di cui può far uso il primo venuto.

nae voluntatis, sed testis tuae. Accensus sit eo numero, quo eum maiores nostri esse voluerunt, qui hoc non in beneficii loco, sed in laboris ac muneris, non temĕre nisi libertis suis deferebant, quibus illi quidem non multo secus ac servis imperabant. Sit lictor non suae, sed tuae lenitatis apparĭtor, maioraque praeferant fasces illi ac secures dignitatis insignia quam potestatis. Toti denique sit provinciae cognitum tibi omnium, quibus praesis, salutem, liberos, famam, fortunas esse carissimas. Denique haec opinio sit non modo iis, qui aliquid acceperint, sed iis etiam, qui dederint, te inimicum, si id cognoveris, futurum. Neque vero quisquam dabit, cum erit hoc perspectum, nihil per eos, qui simulant se apud te multum posse, abs te solere impetrari. Nec tamen haec oratio mea est eius modi, 14
ut te in tuos aut durum esse nimium aut suspiciosum velim: nam si quis est eorum, qui tibi biennii spatio nunquam in suspicionem avaritiae venerit, ut ego Caesium et Chaerippum et Labeonem et audio et, quia cognovi, existimo, nihil est, quod non et iis et si quis est alius eiusdem modi et committi et credi rectissime putem. Sed si quis est, in quo iam offenderis, de quo aliquid senseris, huic nihil credideris, nullam partem existimationis tuae commiseris.

Accensus. Specie di usciere del tribunale.

ex eo n., quo. Sia tale, quale.

hoc. Questo ufficio. Il pronome si riferisce al concetto astratto da ricavarsi dal concetto antecedente.

lab. ac mun. Endiadi.

lictor. Il primo littore. Cfr. § 21.

apparitor. Ministro. Senso: non fare che il littore mitighi egli stesso il castigo da te inflitto, ma sii piuttosto tu mite nel giudizio. Alcuni editori, dopo *suae* aggiungono *saevitiae*.

illi. Sc. *lictores*. Nelle provincie il governatore era preceduto da 6 littori colle scuri nei fasci.

denique. Ha senso riassuntivo, mentre il *Denique* che segue vale: e in generale.

14. *nihil cred*. Che significherebbe invece *noli credere*?

5 In provincia vero ipsa, si quem es nactus, qui in
15 tuam familiaritatem penĭtus intrarit, qui nobis ante
fuerit ignotus, huic quantum credendum sit, vide: non
quin possint multi esse provinciales viri boni, sed hoc
sperare licet, iudicare periculosum est. Multis enim
simulationum involūcris tegitur et quasi velis quibusdam
obtenditur unius cuiusque natura; frons, oculi, vultus
persaepe mentiuntur, oratio vero saepissime. Quam ob
rem qui potes reperire ex eo genere hominum, qui pe-
cuniae cupiditate adducti careant iis rebus omnibus, a
quibus nos divulsi esse non possumus, te autem, alie-
num hominem, ament ex animo, ac non sui commodi
causa simulent? Mihi quidem permagnum videtur,
praesertim si iidem homines privatum non fere quem-
quam, praetores semper omnes amant. Quo ex genere
si quem forte tui cognosti amantiorem — fieri enim
potuit — quam temporis, hunc vero ad tuum nume-
rum libenter adscribĭto; sin autem id non perspicies,
nullum genus erit in familiaritate cavendum magis,
propterea quod et omnes vias pecuniae norunt, et omnia
pecuniae causa faciunt, et, quicum victuri non sunt, eius
16 existimationi consulere non curant. Atque etiam e
Graecis ipsis diligenter cavendae sunt quaedam fami-
liaritates, praeter hominum perpaucorum, si qui sunt

Sommario. Il Cap. 5 insegna come il governatore debba comportarsi con quelli che lo avvicinano, specialmente coi cittadini romani, che vivono nella provincia per cagione di commercio, e coi Greci.

15. *non quin poss.* Ellissi: non già che io sostenga ecc.

simul. involucris. Ipocrite maschere.

qui pec. ecc. Sc. *eos, qui* ecc. In *careant* c'è un senso avversativo: mentre (a cui si oppone il seguente *autem*).

iis reb. omnibus ecc. Allude alla vita di Roma.

ex animo. Di vero cuore.

ad tuum numerum = *ad tuorum numerum.*

adscribito. Fa sentire, traducendo, la forza dell' imperativo futuro.

vias pec. Le vie da far denaro.

16. *Atque etiam.* Passaggio da un caso ad un altro caso simile.

si qui sunt. Intende: del che dubito assai.

vetĕre Graecia digni: sic vero fallaces sunt permulti et leves et diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditi. Quos ego universos adhiberi liberaliter, optimum quemque hospitio amicitiaque coniungi dico oportēre; nimiae familiaritates eorum neque tam fideles sunt — non enim audent adversari nostris voluntatibus —, et invĭdent non nostris solum, verum etiam suis.

6

Iam qui in eius modi rebus, in quibus vereor etiam 17
ne durior sim, cautus esse velim ac diligens, quo me animo in servis esse censes? Quos quidem cum omnibus in locis tum praecipue in provinciis regere debemus. Quo de genere multa praecĭpi possunt, sed hoc et brevissimum est et facillime teneri potest, ut ita se gerant in istis Asiaticis itineribus, ut si iter Appia via faceres, neve interesse quicquam putent, utrum Tralles an Formias venerint. Ac si quis est ex servis egregie fidelis, sit in domesticis rebus et privatis; quae res ad officium imperii tui atque ad aliquam partem rei publicae pertinebunt, de his rebus ne quid attingat. Multa enim, quae recte committi servis fidelibus possunt, tamen sermonis et vituperationis vitandae causa committenda non sunt. Sed nescio quo pacto ad praecipiendi 18

sic vero. Ma per il presente.

adhiberi lib. Trattarli bene, cortesemente.

et invident. Il soggetto di questo verbo non è quello stesso di *sunt,* ma quello della prop. tra parentesi. Sorta di anacoluto.

non solum nostris ecc. Non provano invidia solo ai Romani che sono amici del governatore, ma anche agli altri Greci.

Sommario. Il Cap. 6 dà le norme della condotta verso gli schiavi, e, riassunto brevemente il fin qui discorso, passa a parlare dell' imparzialità nei giudizi.

17. *Iam.* Passaggio rettorico ad altro punto del ragionamento.

in servis. Quanto agli schiavi.

Quo de g. Nel qual proposito.

Appia via. Andava da Capua a Roma.

faceres. Perchè non *facias?*

Tralles. Città nella Lidia.

Formias. Città nel Lazio.

imperium. Carica; ma si dice solo delle più alte.

18. *nescio quo pacto.* Nota

rationem delapsa est oratio mea, cum id mihi propositum initio non fuisset. Quid enim ei praecipiam, quem ego in hoc praesertim genere intellegam prudentia non esse inferiorem quam me, usu vero etiam superiorem? Sed tamen si ad ea, quae faceres, auctoritas accederet mea, tibi ipsi illa putavi fore iucundiora. Qua re sint haec fundamenta dignitatis tuae: tua primum integritas et continentia, deinde omnium, qui tecum sunt, pudor, dilectus in familiaritatibus et provincialium hominum et Graecorum percautus et dili-

19 gens, familiae gravis et constans disciplina. Quae cum honesta sint in his privatis nostris cotidianisque rationibus, in tanto imperio, tam depravatis moribus, tam corruptrice provincia divina videantur necesse est. Haec institutio atque haec disciplina potest sustinere in rebus statuendis et decernendis eam severitatem, qua tu in iis rebus usus es, ex quibus non nullas simultates cum magna mea laetitia susceptas habemus; nisi forte me Paconii nescio cuius, hominis ne Graeci quidem ac Mysi aut Phrygis potius, querelis moveri putas, aut Tuscenii, hominis furiosi ac sordidi, vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem

7 20 eripuisti summa cum aequitate. Haec et cetera plena

che non ha influenza sulla sintassi.

ad praec. rat. Val quanto *ad praecipiendum.* E potresti anche tradurre: ha assunto un fare cattedratico.

pudor. Delicatezza.

19. *Haec inst.* Senso: Seguendo questi miei precetti tu potrai riuscire e nei tuoi provvedimenti (*reb. stat.*) e ne' tuoi giudizi a quella severità ecc. La soverchia severità di Quinto aveva attirato a lui ed al fratello molte inimicizie, tra le quali quelle qui ricordate di Paconio e Tuscenio.

susceptas habemus. Esprime stato che perdura (come il nostro perfetto prossimo, che ne deriva).

ac.... potius = *sed.... potius.*

Mysi aut Ph. Popoli che i Romani disprezzavano ancor più dei Greci.

cupiditatem. In senso oggettivo: l'oggetto delle sue disonestissime voglie. A che cosa alluda, non sappiamo. Cfr. Sch. S. L. § 1.

severitatis, quae statuisti in ista provincia, non facile sine summa integritate sustineremus: qua re sit summa in iure dicendo severitas, dum modo ea ne varietur gratia, sed conservetur aequabilis. Sed tamen parvi refert abs te ipso ius dici aequabiliter et diligenter, nisi idem ab iis fiet, quibus tu eius muneris aliquam partem concesseris. Ac mihi quidem videtur non sane magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota in iurisdictione maxime sustineri; in qua scientiae praesertim provincialis ratio ipsa expedita est: constantia est adhibenda et gravitas, quae resistat non solum gratiae, verum etiam suspicioni. Adiungenda 21
etiam est facilitas in audiendo, lenitas in decernendo, in satis faciendo ac disputando diligentia. His rebus nuper Cn. Octavius iucundissimus fuit, apud quem primus lictor quievit, tacuit accensus, quotiens quisque voluit dixit et quam voluit diu. Quibus ille rebus fortasse nimis lenis videretur, nisi haec lenitas illam severitatem tueretur. Cogebantur Sullani homines, quae per vim et metum abstulerant, reddere; qui in magi-

Sommario. Il Cap. 7 inculca severità ed imparzialità nel giudicare, ma prescrive che debba osservarsi anche l' umanità.

20. *in ista.* In codesta tua.

ea tota. Sembra preferibile riferirlo a *negotiorum*, anzichè ad *Asia*, come vorrebbero alcuni.

scientiae... prov. ratio. Sc. *iuris scientiae.* La giurisprudenza delle provincie era molto semplice.

suspicioni. Sc. *gratiae.*

21. *in satis f. ac disput.* Nel dar soddisfazione alle parti dimostrando che la sentenza è conforme all' equità.

Cn. Octavius. Padre di Ottaviano Augusto. Fu pretore in Roma nel 61 e propretore in Asia, e s' acquistò gran fama di giustizia e moderazione.

primus lictor. Quello che, camminando, stava più vicino al magistrato, laonde chiamavasi anche *proximus.* Questi e l'*accensus* avevano l' incarico di mantener l'ordine durante i processi.

videretur... tueretur. Soggiuntivi potenziali.

Sull. hom. I partigiani di Silla, che invadevano i beni anche dei non proscritti, come si vide nel caso di Roscio Amerino, che fu difeso da Cicerone.

Qui ecc. Quelli che durante le loro magistrature avevano emanato editti ingiusti, ridive-

stratibus iniuriose decreverant, eodem ipsis privatis erat
iure parendum. Haec illius severitas acerba videretur,
22 nisi multis condimentis humanitatis mitigaretur. Quod
si haec lenitas grata Romae est, ubi tanta arrogantia
est, tam immoderata libertas, tam infinita hominum
licentia, denique tot magistratus, tot auxilia, tanta vis
populi, tanta senatus auctoritas, quam iucunda tandem
praetoris comitas in Asia potest esse, in qua tanta multitudo
civium, tanta sociorum, tot urbes, tot civitates
unius hominis nutum intuentur, ubi nullum auxilium
est, nulla conquestio, nullus senatus, nulla contio!
Qua re cum permagni hominis est et cum ipsa natura
moderati, tum vero etiam doctrina atque optimarum
artium studiis eruditi sic se adhibēre in tanta potestate,
ut nulla alia potestas ab iis, quibus is praesit,
8 desideretur. Cyrus ille a Xenophonte non ab historiae
23 fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii, cuius summa
gravitas ab illo philosopho cum singulari comitate
coniungitur — quos quidem libros non sine causa noster
ille Africanus de manibus ponere non solebat: nullum
est enim praetermissum in iis officium diligentis et moderati
imperii —; eaque si sic coluit ille, qui privatus

nuti privati, erano costretti ad osservarli, e così ne rimanevano, in certo modo, puniti.

22. *lenitas.* Per le ragioni che viene a dir dopo, l'arrendevolezza del magistrato doveva in Roma pregiarsi poco (avendo le parti molti mezzi con cui appellarsi dalla sua sentenza).

contio. Cfr. Ep. 56 § 7.

conquestio. Lamentela (presso altri magistrati).

desideretur. Che non si debbano augurare un'altra autorità, a cui potersi appellare.

Sommario. I Cap. 8-10 contengono: Continuazione della materia del Cap. 7. Cure che il governatore deve spendere intorno al benessere de' suoi amministrati.

23. *a Xenoph.* Nella Ciropedia.

ad hist. fid. Secondo la verità storica.

ad eff. iusti imp. Secondo l' ideale (che Sen. si era formato) d' un giusto principe.

Africanus. Sc. *minor.*

eaque ecc. Anacoluto cagionato dalla lunga parentesi, e che presuppone la protasi in questa forma: *Quodsi Cyrus*

futurus nunquam fuit, quonam modo retinenda sunt iis, quibus imperium ita datum est, ut redderent, et ab iis legibus datum est, ad quas revertendum est? Ac mihi 24
quidem videntur huc omnia esse referenda iis, qui praesunt aliis, ut ii, qui erunt in eorum imperio, sint quam beatissimi; quod tibi et esse antiquissimum et ab initio fuisse, ut primum Asiam attigisti, constante fama atque omnium sermone celebratum est. Est autem non modo eius, qui sociis et civibus, sed etiam eius, qui servis, qui mutis pecudibus praesit, eorum, quibus praesit, commodis utilitatique servire. Cuius 25
quidem generis constare inter omnes video abs te summam adhiberi diligentiam: nullum aes alienum novum contrăhi civitatibus, vetere autem magno et gravi multas abs te esse liberatas; urbes complures dirŭtas ac paene desertas, in quibus unam Ioniae nobilissimam, alteram Caríae, Samum et Halicarnassum, per te esse recreatas; nullas esse in oppĭdis seditiones, nullas discordias; provideri abs te, ut civitates optimatium consiliis administrentur; sublata Mysiae latrocinia; caedes multis locis repressas; pacem tota provincia constitutam, neque solum illa itinerum atque agrorum, sed multo etiam plura et maiora oppidorum et fanorum

ille ecc. *Ille* che sta dopo *eaque* accenna ancora a Ciro; *eaque* invece si riferisce a *gravitas* e *comitas*.

ita. A condizione.

ad quas. Sotto il cui dominio.

24. *antiquissimum*. Il principale scopo.

attigisti. Perchè l' indicativo, sebbene dipenda da infiniti?

25. *Cuius ... generis*. Vedi § 17 a *Quo de genere*.

civitatibus. Nota il dativo del soggetto agente col verbo passivo. I gravi debiti delle provincie, cagionati molte volte dalle concussioni dei governatori, erano rovinosi perchè le costringevano a tor denaro a usura dai ricchi romani; sappiamo p. e. che Bruto, l'uccisore di Cesare, prestava ad una città di Cipro al 48 per cento.

recreatas. Forse eseguendovi lavori pubblici.

optimatium. Intendi di quella classe di persone che in Asia corrispondevano agli aristocratici di Roma. Era nell' interesse dei Romani che la cosa pubblica fosse in mano dei più ricchi, ossia dei conservatori.

furta et latrocinia esse depulsa; remotam a fama et a fortunis et ab otio locupletium illam acerbissimam ministram praetorum avaritiae, calumniam; sumptus et tributa civitatum ab omnibus, qui earum civitatum fines incŏlant, tolerari aequabiliter; facillimos esse aditus ad te; patēre aures tuas querellis omnium; nullius inopiam ac solitudinem non modo illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem et cubiculo esse exclusam tuo; toto denique in imperio nihil acerbum esse, nihil crudele, atque omnia plena clementiae, mansuetudinis, humanitatis.

9
26 Quantum vero illud est beneficium tuum, quod iniquo et gravi vectigāli aedilicio, cum magnis nostris simultatibus, Asiam liberasti! Etenim, si unus homo nobilis queritur palam te, quod edixeris, NE AD LUDOS PECUNIAE DECERNERENTUR, HS. CC. sibi eripuisse, quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine, quicumque Romae ludos facerent, quod erat iam institutum, erogaretur? Quamquam has querellas hominum nostrorum illo consilio oppressimus, quod in Asia ne-

calumniam. I pretori avidi di denaro facevano accusare da gente pagata (e così fece Verre) i più facoltosi per trarne danaro.

inop. ac solit. Il sostantivo latino per l'aggettivo italiano: niuno fu così povero e così privo d'appoggi che ecc.

populari. Libero, aperto a tutti.

atque = *sed.*

26. *vectigali aedilicio.* Sorta di contribuzioni che gli edili richiedevano ai provinciali per sopperire alle spese dei magnifici giochi, che dovevano dare in Roma. La contribuzione dicevasi volontaria, ma naturalmente niuno osava rifiutarla. Ad ornare i detti giochi si pigliavano anche a prestito dai provinciali quadri, statue e oggetti di bronzo, che qualche volta i Romani si dimenticavano di restituire. Quinto Cicerone aveva, mediante un suo editto, soppresso quest' uso, e gli edili di Roma ne concepirono sdegno perfino contro il fratello Marco (*magnis . . . simultatibus*).

nobili. Nobilis significa colui che aveva occupato un ufficio curule, o i cui antenati avean tenute cariche curuli.

quod . . . . instit. Il che già s'era incominciato a fare.

scio quonam modo, Romae quidem non mediŏcri cum admiratione laudatur, quod, cum ad templum monumentumque nostrum civitates pecunias decrevissent, cumque id et pro meis magnis meritis et pro tuis maximis beneficiis summa sua voluntate fecissent, nominatimque lex exciperet, UT AD TEMPLUM ET MONUMENTUM CAPERE LICERET, cumque id, quod dabatur, non esset interiturum, sed in ornamentis templi futurum, ut non mihi potius quam populo Romano ac dis immortalibus datum videretur, tamen id, in quo erat dignitas, erat lex, erat eorum, qui faciebant, voluntas, accipiendum non putavi, cum aliis de causis tum etiam ut animo aequiore ferrent ii, quibus nec deberetur nec
liceret. Quapropter incumbe toto animo et studio 27
omni in eam rationem, qua adhuc usus es, ut eos, quos tuae fidei potestatique senatus populusque Romanus commisit et credidit, diligas et omni ratione tueare et esse quam beatissimos velis. Quod si te sors Afris aut Hispanis aut Gallis praefecisset, immanibus ac barbaris nationibus, tamen esset humanitatis tuae consulere eorum commodis et utilitati salutique servire. Cum vero ei generi hominum praesīmus, non modo in quo ipsa sit, sed etiam a quo ad alios pervenisse putetur humanitas, certe iis eam potissimum tribuĕre debemus,
a quibus accepimus. Non enim me hoc iam dicere 28

nescio quon. modo. Intendi: sia giudicato.

laudatur, quod. Questo *quod* è congiunzione, e si deve unire ad *accipiendum putavi.*

UT AD TEMPLUM. I provinciali d'Asia volevano innalzare un tempio ai due Ciceroni per ricompensarne i meriti verso di sè. La *lex,* a cui si allude, è una delle leggi *de repetundis,* che proibivano ai governatori di ricevere denari o doni dai provinciali, eccetto in determinati casi.

CAPERE LICERET. Cioè *pecuniam.*

nec deberetur nec lic. Cioè agli edili. Dà la ragione del modo soggiuntivo.

27. *rationem.* Linea di condotta.

humanitatis .... humanitas. Nota bene il diverso significato in cui è usata la seconda volta questa voce.

pudebit, praesertim in ea vita atque iis rebus gestis, in quibus non potest residēre inertiae aut levitatis ulla suspicio, nos ea, quae consecuti sumus, iis studiis et artibus esse adeptos, quae sint nobis Graeciae monumentis disciplinisque tradĭta. Qua re praeter communem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos isti hominum generi praecipue debere videmur, ut, quorum praeceptis sumus eruditi, apud eos ipsos, quod ab iis didicerimus, velĭmus expromere.

10

29 Atque ille quidem princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas res publicas putavit, si aut docti et sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina et sapientia collocassent. Hanc coniunctionem videlĭcet potestatis et sapientiae saluti censuit civitatibus esse posse. Quod fortasse aliquando universae rei publicae nostrae, nunc quidem profecto isti provinciae contigit, ut is in ea summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda plurimum
30 a pueritia studii fuisset et temporis. Qua re cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiae prorogatus esse videatur. Quoniam in te retinendo fuit Asia felicior quam nos in deducendo, perfĭce, ut laetitia provinciae desiderium nostrum leniatur. Etenim, si in promerendo, ut tibi tanti honores haberentur, quanti haud scio an nemini, fuisti omnium diligentissimus, multo maiorem in his hono-

28. *apud eos ipsos*. Con quale avverbio italiano tradurrai *ipsos?* Cfr. S. S. L. § 75.

Cap. **10**, 29. *Plato*. Questa opinione è espressa nei libri della Repubblica.

fortasse aliquando. Forse è un'allusione al suo proprio consolato.

ut. Che cioè.

studii . . . . temporis. Ci pose diligenza e ci spese la massima parte del suo tempo.

30. *idem*. Talvolta questo pronome si rende in italiano con un avverbio. Cfr. S. S. L. § 76, nota.

in deducendo. Intendi: ne' miei sforzi per farti richiamare.

honores. Templi, altari e feste.

haud scio an. Questa frase indica in chi l'adopera propen-

ribus tuendis adhibere diligentiam debes. Equidem de isto genere honorum quid sentirem, scripsi ad te ante. Semper eos putavi, si vulgares essent, viles, si temporis causa constituerentur, leves; si vero, id quod ita factum est, meritis tuis tribuerentur, existimabam multam tibi in iis honoribus tuendis operam esse ponendam. Qua re quoniam in istis urbibus cum summo imperio et potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas et in deorum numero collocatas vides, in omnibus rebus, quas statues, quas decernes, quas ages, quid tantis hominum opinionibus, tantis de te iudiciis, tantis honoribus debeas, cogitabis. Id autem erit eius modi, ut consulas omnibus, ut medeare incommodis hominum, provideas saluti, ut te parentem Asiae et dici et haberi velis. 31

11

32 Atqui huic tuae voluntati ac diligentiae difficultatem magnam afferunt publicani; quibus si adversabimur, ordinem de nobis optime meritum et per nos cum re publica coniunctum et a nobis et a re publica diiungemus; sin autem omnibus in rebus obsequemur, funditus eos perire patiemur, quorum non modo saluti, sed etiam commodis consulere debemus. Haec est una, si vere cogitare volumus, in toto imperio tuo difficultas: nam esse abstinentem, continere omnes cupiditates, suos coërcēre, iuris aequabilem tenere ratio-

sione ad affermare, ed equivale a: forse, per avventura.

31. *temporis causa.* Confronta § 15.

consecratas et in deorum n. c. Forse gli avevano eretto un tempio.

Sommario. I Cap. 11-12 contengono le norme secondo le quali il governatore deve contenersi coi pubblicani.

Cap. 11, 32. *publicani . . . ordinem.* Oltre che appartenevano quasi tutti all' ordine equestre, i pubblicani erano così ricchi ed influenti, che venivano considerati come una casta a sè.

de nobis opt. mer. Avevano appoggiata la politica di Cicerone durante il suo consolato, non già per convinzione, ma perchè i propositi rivoluzionarii di Catilina minacciavano le loro ricchezze.

nem, facilem se in rebus cognoscendis, in hominibus audiendis admittendisque praebēre praeclarum magis est quam difficile: non est enim positum in labore aliquo, sed in quadam inductione animi et voluntate.
33 Illa causa publicanorum quantam acerbitatem afferat sociis, intelleximus ex civibus, qui nuper in portoriis Italiae tollendis non tam de portorio quam de non nullis iniuriis portitorum querebantur. Qua re non ignoro, quid sociis accĭdat in ultimis terris, cum audierim in Italia querellas civium. Hic te ita versari, ut et publicanis satis facias, praesertim publicis male redemptis, et socios perire non sinas, divinae cuiusdam virtutis esse videtur, id est tuae. Ac primum Graecis id, quod acerbissimum est, quod sunt vectigales, non ita acerbum videri debet, propterea quod sine imperio populi Romani suis institutis per se ipsi ita fuerunt. Nomen autem publicani aspernari non possunt, qui pendere ipsi vectīgal sine publicano non potuerint, quod iis aequaliter Sulla discripserat. Non esse

33. *causa.* Vale: interesse.

intelleximus. Rara eccezione alla regola della *consecutio temporum.* In questo caso però si può anche giustificare con ciò che *intelleximus* vale in sostanza quanto *scimus.*

in portoriis tollendis. Quando si trattava in Senato di abolire i diritti di dogana in Italia. Questi diritti di dogana (appaltati anch'essi ai pubblicani, che poi gli subappaltavano ad altri) si percepivano sulle merci che entravano nei porti d'Italia o ne uscivano, e pare anche al passaggio di certi ponti. Coloro che esigevano questi diritti avevano facoltà di aprire e visitare le balle delle mercanzie; del che nacquero tante vessazioni e lamentele, che l'imposta fu abolita nel 60 av. Cr.

publicis male red. Publica val quanto *vectigalia.* Talvolta i pubblicani (riuniti in parecchie società di capitalisti) o per superarsi l'un l'altro nelle aste pubbliche o perchè sbagliavano i loro calcoli, si obbligavano di pagare all' erario un prezzo troppo alto.

vectigales. Obbligati a pagare i *vectigalia,* ossia le tasse in genere.

ita. Cioè *vectigales.*

aspernari. Avere in odio.

Sulla. Vinto Mitridate nell' 84, Silla punì le città dell'Asia Minore (= *Graeci*) che avevano parteggiato per quello, con una multa di 20,000 talenti,

autem leniores in exigendis vectigalibus Graecos quam
nostros publicanos hinc intellegi potest, quod Caunii
nuper omnesque ex insulis, quae erant ab Sulla Rhodiis attributae, confugerunt ad senatum, nobis ut potius
vectigal quam Rhodiis penderent. Qua re nomen publicani neque ii debent horrere, qui semper vectigales
fuerunt, neque ii aspernari, qui per se pendere vectigal
non potuerunt, neque ii recusare, qui postulaverunt.
Simul etiam illud Asia cogitet, nullam ab se neque 34
belli externi neque domesticarum discordiarum calamitatem afuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur;
id autem imperium cum retineri sine vectigalibus nullo
modo possit, aequo animo parte aliqua suorum fructuum
pacem sibi sempiternam redimat atque otium. Quod 12
si genus ipsum et nomen publicani non iniquo animo 35
sustinebunt, poterunt iis consilio et prudentia tua reliqua videri mitiora: possunt in pactionibus faciendis
non legem spectare censoriam, sed potius commoditatem conficiendi negotii et liberationem molestiae; potes etiam tu id facere, quod et fecisti egregie et facis,

che i provinciali pagarono subito pigliandoli a prestito dai pubblicani, i quali, accumulando gli enormi interessi, riuscirono dopo poco tempo creditori di 120,000 talenti, che Lucullo ridusse poi a 40,000 non senza suscitare infinite lagnanze da parte dei ricchissimi appaltatori.

Caunii. Caunus era città della Caria.

Rhodiis attributae. In ricompensa della loro fedeltà a Roma durante la guerra Mitridatica.

34. *Simul . . . cogitet* ecc. È questo un argomento assai debole, per non dire addirittura irrisorio. Ben è vero che i Romani non ammettevano negli altri popoli nessun diritto all' indipendenza.

Cap. 12, 35. *sustinebunt... possunt.* Sc. *Asiani* o *provinciales.*

legem... censoriam. Determinava non solo la durata del contratto fra lo stato ed i pubblicani, ma anche i modi dell'esazione. Ora Cicerone, transigendo tra l'amore della giustizia e la voglia di mantenersi amici i pubblicani, esorta il fratello a far sì che i provinciali, nelle loro transazioni (in *pactionibus faciendis*) cogli appaltatori, non insistano troppo sui diritti a loro concessi dalla *lex censoria.* Il tuono con cui

ut commemores, quanta sit in publicanis dignitas, quantum nos illi ordini debeamus, ut remoto imperio ac vi potestatis et fascium publicanos cum Graecis gratia atque auctoritate coniungas, et ab iis, de quibus optime tu meritus es, et qui tibi omnia debent, hoc petas, ut facilitate sua nos eam necessitudinem, quae est nobis
36 cum publicanis, obtinere et conservare patiantur. Sed quid ego te haec hortor, quae tu non modo facere potes tua sponte sine cuiusquam praeceptis, sed etiam magna iam ex parte perfecisti? Non enim desistunt nobis agere cotidie gratias honestissimae et maximae societates; quod quidem mihi idcirco iucundius est, quod idem faciunt Graeci. Difficile est autem ea, quae commodis, utilitate et prope natura diversa sunt, voluntate coniungere. At ea quidem, quae supra scripta sunt, non ut te instituerem, scripsi — neque enim prudentia tua cuiusquam praecepta desiderat —, sed me in scribendo commemoratio tuae virtutis delectavit; quamquam in his litteris longior fui quam aut vellem aut quam me putavi fore.

13
37 Unum est, quod tibi ego praecipere non desĭnam, neque te patiar, quantum erit in me, cum exceptione laudari. Omnes enim, qui istinc veniunt, ita de tua virtute, integritate, humanitate commemorant, ut in tuis summis laudibus excipiant unam iracundiam. Quod

Cicerone parla in questo brano di sè e del fratello non è dei più modesti.

potestas. È il potere che deriva dalla carica.

petas. Dipende ancora dall'*ut*, che sta davanti a *commemores*.

36. *societates*. Società di capitalisti per pigliare in appalto le imposte; cfr. § 33 nota 4.

ea, quae. Cioè i *socii* ed i *publicani*.

vellem = avrei voluto; *putavi* = avrei creduto. Per quali regole ed usi speciali della lingua latina?

Sommario. Il Cap. 13 ammonisce per ultimo Quinto che si guardi dal lasciarsi trasportare dall' ira.

Cap. 13, 37. *cum except. laud.* Che al bene che mi dicono di te pongano alcuna eccezione.

vitium cum in hac privata cotidianaque vita levis esse animi atque infirmi videtur, tum vero nihil est tam deforme quam ad summum imperium etiam acerbitatem naturae adiungere. Qua re illud non suscipiam, ut, quae de iracundia dici solent a doctissimis hominibus, ea nunc tibi exponăm, cum et nimis longus esse nolim et ex multorum scriptis ea facile possis cognoscere; illud, quod est epistulae proprium, ut is, ad quem scribitur, de iis rebus, quas ignorat, certior fiat, praetermittendum esse non puto. Sic ad nos omnes fere 38
deferunt: nihil, cum absit iracundia, dicere solent te fieri posse iucundius, sed, cum te alicuius improbitas perversitasque commoverit, sic te animo incitari, ut ab omnibus tua desideretur humanitas. Qua re, quoniam in eam rationem vitae nos non tam cupiditas quaedam gloriae, quam res ipsa ac fortuna deduxit, ut sempiternus sermo hominum de nobis futurus sit, caveamus, quantum efficere et consĕqui possumus, ut ne quod in nobis insigne vitium fuisse dicatur. Neque ego nunc hoc contendo, quod fortasse cum in omni natura tum iam in nostra aetate difficile est, mutare animum, et, si quid est penĭtus insĭtum moribus, id subito evellere, sed te illud admoneo, ut, si hoc plene vitare non potes, quod ante occupatur animus ab iracundia, quam providere ratio potuit, ne occuparetur, ut te ante compares, cotidieque meditere resistendum esse iracundiae, cumque ea maxime animum moveat, tum tibi esse diligentissime linguam continendam; quae quidem mihi virtus interdum non minor videtur, quam omnīno non irasci. Nam illud est non solum gravitatis, sed non

cum ... tum vero. Il *cum* lo puoi rendere con s e; *tum vero* si può tradurre con un semplice p o i.

38. *ut ne*. Pel semplice *ut*. Cfr. Ep. 30 § 2.

in nostra aetate. Quinto Cicerone aveva allora 42 anni, Marco 47.

ut te. Dopo la lunga incidente, *ut* è ripetuto per chiarezza.

illud. Il non lasciarsi trasportare dall' ira.

nunquam etiam lentitudinis; moderari vero et animo
et orationi, cum sis iratus, aut etiam tacere et tenere
in sua potestate motum animi et dolorem, etsi non
est perfectae sapientiae, tamen est non mediŏcris in-
39 genii. Atque in hoc genere multo te esse iam com-
modiorem mitioremque nuntiant: nullae tuae vehe-
mentiores animi concitationes, nulla maledicta ad nos,
nullae contumeliae perferuntur; quae cum abhorrent
a litteris, ab humanitate, tum vero contraria sunt im-
perio ac dignitati. Nam, si implacabiles iracundiae
sunt, summa est acerbitas, sin autem exorabiles, summa
levitas; quae tamen, ut in malis, acerbitati antepo-
nenda est.

14 Sed quoniam primus annus habuit de hac reprehen-
40 sione plurimum sermonis — credo propterea, quod
tibi hominum iniuriae, quod avaritiae, quod insolentia
praeter opinionem accidebat et intolerabilis videbatur —,
secundus autem multo lenior, quod et consuetudo et
ratio et, ut ego arbĭtror, meae quoque litterae te pa-
tientiorem lenioremque fecerunt, tertius annus ita de-
bet esse emendatus, ut ne minimam quidem rem quis-
41 quam possit ullam reprehendere. Ac iam hoc loco
non hortatione neque praeceptis, sed precibus tecum
fraternis ago, totum ut animum, curam cogitationem-
que tuam ponas in omnium laude undique colligenda.
Quod si in mediocri statu sermonis ac praedicationis

lentitudinis. Insensibilità; torpore.

39. *tuae* = *de te.* Cfr. S. S. L. § 15.

litteris. Litterae vale qui: c u l t u r a.

irac. Col plur. allude al ricorrere degli accessi dell'ira. In ital. si può accontentarsi del sing.

ut in malis. Sc. *minima eligi solent.*

Sommario. I Cap. 14-16 contengono la ricapitolazione del già detto, e la chiusa della lettera.

Cap. 14, 40. *habuit... sermonis.* Fu quello in cui si è maggiormente parlato di questo tuo difetto.

41. *Quod si* ecc. Il senso è: Se la condizion nostra fosse d'uomini ordinari, talchè pochi

nostrae res essent, nihil abs te eximium, nihil praeter aliorum consuetudinem postularetur: nunc vero propter earum rerum, in quibus versati sumus, splendorem et magnitudinem, nisi summam laudem ex ista provincia assequimur, vix videmur summam vituperationem posse vitare. Ea nostra ratio est, ut omnes boni cum faveant, tum etiam omnem a nobis diligentiam virtutemque et postŭlent et exspectent, omnes autem imprŏbi, quod cum iis bellum sempiternum suscepimus, vel minima re ad reprehendendum contenti esse videantur.
Qua re, quoniam eius modi theatrum sortitus es, cele- 42
britate refertissimum, magnitudine amplissimum, iudicio eruditissimum, natura autem ita resŏnans, ut usque Romam significationes vocesque referantur, contende, quaeso, atque elabōra, non modo ut his rebus dignus fuisse, sed etiam ut illa omnia tuis artibus superasse
videare. Et, quoniam mihi casus urbanam in magi- 15
stratibus administrationem rei publicae, tibi provincia- 43
lem dedit, si mea pars nemini cedit, fac, ut tua ceteros vincat. Simul etiam illud cogita, nos non de reliqua et sperata gloria iam laborare, sed de parta dimicare; quae quidem non tam expetenda nobis fuit, quam tuenda est. Ac, si mihi quicquam esset abs te separatum, nihil amplius desiderarem hoc statu, qui mihi iam partus est; nunc vero sic res sese habet, ut nisi omnia tua facta atque dicta nostris rebus istinc respondeant, ego me tantis meis laboribus tantisque periculis, quo-

parlassero di noi e poco potesse dirsi in nostra lode ecc.

42. *theatrum.* Il senso di questa metafora è analogo a quello di *in luce Asiae* del § 9.

signif. Continua coll'imagine del *theatrum,* e vuol dire: segni d'approvazione, applausi.

his rebus e *illa omnia* alludono ancora alle *significationes vocesque.*

artibus. Ha senso morale.

Cap. 15, 43. *nemini* e *ceteros* stanno per *parti* e *ceteras.* Mediante questa specie di brachilogia si paragona la qualità d' un soggetto ad un secondo soggetto invece che alla sua qualità.

Ac, si mihi quicquam ecc. E se io non avessi tutto in comune con te.

rum tu omnium particeps fuisti, nihil consecutum putem. Quod si ut amplissimum nomen consequeremur, unus praeter ceteros adiuvisti, certe idem, ut id retineamus, praeter ceteros elaborabis. Non est tibi his solis utendum existimationibus ac iudiciis, qui nunc sunt, hominum, sed iis etiam, qui futuri sunt; quamquam illorum erit verius iudicium, obtrectatione et ma-
44 levolentia liberatum. Denique illud etiam debes cogitare, non te tibi soli gloriam quaerere; quod si esset, tamen non neglegeres, praesertim cum amplissimis monumentis consecrare voluisses memoriam nominis tui; sed ea tibi est communicanda mecum, prodenda liberis nostris. In quo cavendum est, ne, si neglegentior fueris, non solum tibi parum consuluisse, sed etiam tuis invidisse videaris.

16
45 Atque haec non eo dicuntur, ut te oratio mea dormientem excitasse, sed potius ut currentem incitasse videatur. Facies enim perpetuo, quae fecisti, ut omnes aequitatem tuam, temperantiam, severitatem integritatemque laudarent. Sed me quaedam tenet propter singularem amorem infinita in te aviditas gloriae; quamquam illud existimo, cum iam tibi Asia, sicuti uni cuique sua domus, nota esse debeat, cum ad tuam summam prudentiam tantus usus accesserit, nihil esse, quod

unus. Unito a *praeter ceteros* ha lo stesso senso che quando è applicato ai superlativi.

Quod si ecc. Allude all'aiuto che gli prestò il fratello per conseguire il consolato.

qui nunc sunt, homin. Forma un concetto solo = i contemporanei. Quanto ad *his solis* cfr. § 11.

sed iis = *sed eorum iudiciis.* Brachilogia simile a *nemini* e *ceteros* notati al principio del paragrafo.

illorum. Sc. *qui futuri sunt.*

44. *neglegeres.* Di adoperarti per acquistar gloria.

amplissimis monumentis. Si riferisce agli onori decretati a Quinto dai provinciali, di cui è parlato ai §§ 26 e 31. Alcuni commentatori ci vedono un' allusione ad un' opera storica (*annales*) che Quinto aveva scritta.

Cap. 16, 45. *in te.* Ablativo, che dinota il campo, su cui si estende l'*aviditas gloriae.*


ad laudem attineat, quod non tu optime perspicias et tibi non sine cuiusquam hortatione in mentem veniat cotidie. Sed ego, qui, cum tua lego, te audire, et qui, cum ad te scribo, tecum loqui videor, idcirco et tua longissima quaque epistula maxime delector, et ipse in scribendo sum saepe longior. Illud te ad extremum 46
et oro et hortor, ut, tamquam poëtae boni et actores industrii solent, sic tu in extrema parte et conclusione muneris ac negotii tui diligentissimus sis, ut hic tertius annus imperii tui tamquam tertius actus perfectissimus atque ornatissimus fuisse videatur. Id facillime facies, si me, cui semper uni magis quam universis placere voluisti, tecum semper esse putabis, et omnibus iis rebus, quas dices et facies, interesse. Reliquum est, ut te orem, ut valetudini tuae, si me et tuos omnes valere vis, diligentissime servias.

quod non tu ecc. *Quod* è prima oggetto di *perspicias*, poi soggetto di *veniat*.

longior. Del convenevole o del necessario.

46. *t. actus*. Marco paragona i tre anni del governo di Quinto ai tre atti delle tragedie greche, l'ultimo dei quali soleva essere più accuratamente lavorato.






3 2044 085 190 189